108 Et in simili in alienatione rei Ecclesiasticæ, quòd si sit solita alienari, potest absq; aliqua solemnitate concedi, *cap. 1. in principio de his qui feudum dare possunt, capit. 2. extra de feudis*, Couar. *lib. 2. cap. 7. num. 2.* Petrus Garcia Toleto *decis. 99.* Riccius *in praxi tom. 1. editione 1. decis. 27. & decis. 80.* Intrigliolus *de feudis centur. 1. q. 53. nu. 9. & 37.* vbi quod hæc concessio potest fieri absque aliqua solemnitate, Barbosa *in collectan. ad capit. 2. de feudis numer. 3.* Marescot. *lib. 3. cap. 10. numer. 97.* vbi quòd ex consuetudine alienandi feuda resultat valor imponendi census super illis.

187 Et ad hoc vt res dicatur solita concedi, sufficiunt duæ concessionis factæ absque solemnitate per spatium 40. annorum, Clarus *in praxi, § feudum, quæst. 13. vers. Nunc pro intelligentia*, Iason *consil. 151. colum. penult. vers. Non obstat secundum, volum. 2.* Intrigl. *dict. quæst. 53. num. 43.* Rota per Farinacium *decis. 1451. part. 2.* vbi loquitur in fortiori casu, atque ita cùm similes facultates tam frequentes sint, dubitari non potest de illarum valore, & iustificatione.

188 In simili hoc etiam probatur ex *l. ap ad Iulianum, § constat de legat. 1.* qui text. solet allegari ad probandum impossibilia censeri ea, quæ à Principis voluntate dependent, & in illius terminis est communis intellectus, & conclusio, quòd solita concedi à Principe non reputantur impossibilia, vt tradunt ibi Comanus & Iason, & cum pluribus Sanchez *de matrim. lib. 5. disput. 5. num. 12.*

Responsio secundæ exceptionis.

189 SEcundò opponitur facultatem fuisse expeditam contra stylum Regiæ Cameræ, ex eo quòd Admiratus modernus non fuit citatus prout requiribatur, ex traditis à Molina *lib. 1. cap. 8. n. 33. & lib. 3. cap. 13. n. 22. & 23. & lib. 4. cap. 3. n. 5.* qui vbique resoluit, quòd quando causa requiritur pro derogatione maioratus, de ea debet constare per probationem, immediato successore citato, factam.

190 Cui obiectioni respondetur.

191 Primò hanc citationē requiri, quādo proceditur iudicialiter; sed quando proceditur extraiudicialiter, nulla partis citatio necessaria est, ex doctrina Innoc. *in cap. nisi cum pridem de renuntiatione, n. 9. vers. Ipse, qui loquitur in dispensatione obtinenda*, Roman. *consil. 369 n. 29. vers. Hoc secundo*, Felin. *in cap. cum olim sub nu. 6 vers. Et firmat*, Innoc. *de re iudicat.* alios refert Rota per Farin. *decis. 210. nu. 3. p. 1. in recent* Corcin. *decis. 166. nu. 16. & 17. tom. 5. in recent seu in editis anno 1636.* Lother. *de re benefic. lib. 2. q. 25.*

192 Secundò, quòd in impetratione priuilegij non requiritur partis citatio, Gabriel *lib. 2 commun. tit. de citationib. concl. 1. nu. 424. & seqq.* vbi dicit magis communem Surd. *cons. 1. nu. 97.* Gratian. *lib. 3. cap. 458. n. 28.* Rouit. *ad pragmat. quartam de posses. non turbandis, nu. 18. & 19.* Maurus *allegat. 16. n. 20. p. 2.* Menoch. *cons. 1140 n. 31. vol. 12.*

193 Tertiò, cùm sit Principi arbitrarium has facultates concedere ex causis sibi benè visis, etiam contradicentibus agnatis, à fortiori id poterit facere illis non citatis, nec vocatis, *l. 4 § illud videamus ff. de fideicommiss. libert.* ibi: *Et cum inuitis isti is possint bona propter libertatem addici, vtique etiam absentibus, l. ille à quo in principio ff. ad Trebell* & ibi Alexād. *num. 2.* Maranta *in praxi, tit. de citatione 1. membro iudicij, n. 5 fol. 269.*

194 Quartò, in indiuiduo quòd pro expeditione facultatis immediati successoris citatio non requiratur, tradit Tapia *decis. Supremi Consilij 20. nu. 26. cum seqq.* & in eodem casu, Ponte *cons. 152. n. 5. & seqq. vol. 2.* Marescot. *lib. 3. cap. 10. nu. 155.* additio ad Molin. *lib. 3. c. 3 sub nu. 22. & 23. vers. Dubium erit, pag. 210.* vbi reprobat & interpretatur hoc modo Molinæ resolutiones.

195 Et ex his illis respondetur, quòd Molina in dictis locis potiùs loquutus ex quadā congruitate, quàm ex necessitate, vt notat addi tio proximè citata *pag. 210* & Marescot. *dict. num. 155. & 156.* ait ex stylo Curiæ Romanæ facultates sine substituti citatione expediri, & quod dicit Molina, est conuenientius, & melior stylus ad alienationis causas perquirendas, constito tamen de earum iustificatione, non requiritur citatio, & facultatum expeditio, & quod earum virtute effectum sit, robur & firmitatem habebit. Eiusdem opinionis fuit Mieres 4 *part. quæst. 1. num. 160. in 2. edit.* qui asserit has facultates rectiùs citato substituto concedi, *& num. 164* ait, quòd consanguineus nō citatus poterit facultatem impugnare, si ad id causas iustas habuerit: sed si non habet, sustinetur facultas absque citatione expedita, Castillo *tom. 3. cap. 28. num. 13. colum. 5. ipsius, vers. Aliquando tamen, & vers. Veluti, & vers. Sic etiam, vsque ad finem numeri, folio 426. à tergo, & 427. pag. 1.* vbi hanc materiam resoluens, dicit esse arbitrariam dominis de Consilio Cameræ, si eis de causarum iustificatione constet.

196 Prædictis accedit resolutio Riccij *in praxi Ecclesiast for. editione 1. decis. 6. numer. 3. versic. Limitatur 2. & decis. 29. num. 2. & decis. 108. num. 4. versic. Contrariam opinionem*, vbi probat commissarium ad interponendum decretum super alienatione rei Ecclesiæ posse extraiudicialiter se informare de alienationis vtilitate, absque partis citatione, Rota per Farinacium *decisione 27. numero 6. tom. 2. in posthumis*, vbi idem probat in commissario ad dispensandum super matrimonio,

quod

quod Regia Camera inconcusse obseruat, quia quoties sibi de iustificatione causarum constat semper assensus concedit absque alia citatione, vel informatione iustificationis causarum.

197 Quintò, in expeditione huius facultatis Rex processit motu proprio, quæ clausula operatur, quòd actus valeat absque partis citatione, Gabriel *dicta conclusione 1. de citationibus, numer. 347.* Gratian. *dict. capit. 458. numero 28.*

198 Sextò, in dicta facultate est clausula *ex certa scientia, & de plenitudine potestatis*, quæ operantur, quòd citationis defectus opponi non possit, Bart. *in l. Gallus, §. & quid si tantum ff. de liberis & posthum. num. 14.* & cum pluribus Petra *de potestate Principis capit. 32. num. 12.* Ponte *consil. 42. numer. 70. & 71. volum. 1.* Matescot. *lib. 3. variar. cap. 20. num 98.* vbi dicit ita fuisse in Rota decisum Fusarius *quæst. 408. num. 141.* Castillo *lib. 3. capit. 28. num. 14.*

199 Denique cùm hæc lis in Supremo Cõsilio agitetur, vbi stylus Cameræ omnibus tã notus est superflua videtur hæc disceptatio, cũ omnibus dominis iudicibus pateat hoc esse arbitrarium, & quòd immediatus successor non citatur, quando causæ sunt patentes.

200 Et hunc stylum plenè comprobant exemplaria à Marchionisa producta, vbi plures facultates expeditæ inueniuntur absque alia diligentia, & citatione immediati successoris.

201 Et alia exemplaria producta ab Admirato facultatum expeditarum citato immediato successore, non solùm non probant cõtra hunc stylum, sed potiùs eum confirmant, siquidem ex eo iussum fuit immediatos citari, quia Camera volebat probationes causarũ videre.

Responsio tertiæ oppositionis.

202 PRæsuppositis responsionibus datis cæteris exceptionibus, otiosè accedo ad hanc, quia si, vt probatum est, facultas Regia est valida, & benè expedita, à fortiori fatendum est, liberam esse à vitio obreptionis & subreptionis.

203 Quia ad impetrandam gratiam, priuilegium, seu rescriptum, solùm referendum est, Principi id, quod de iure referri statuitur, ex Theorica Felin. *in cap. super literis de rescriptis, n. 2. vers. Limitatur 1. in cap. postulasti cod. tit. n. 1. col. 3. vers. Declara etiam notabiliter*, Põte *cons. 2. n. 37. vol. 1.* Fabius de Anna *cons. 113. dum in hac causa allegatur ex n. 8. lib. 2.* Georgius *in repetit. feudal. lib. cap. 6. nu. 44. & 45. & 46* Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 21. nu. 12. & 13.* & nulla lege Regia, nec iuris communis cautum reperitur, causas in contrariũ ponderates asse Principi referendas.

204 Prima enim, quæ omissa fuit, consistens in oneribus maioratus, & quòd reddit. non supererant, in quibus census posset assecurari, non est vera, neque certa, neque fuit ab Admirato probata, vt suprà *num 120* & quãdo verus esset defectus bonorum maioratus Hispaniæ, super feudo Siciliæ sustinebitur, vt suprà *num. 130.*

205 Cui conuenit, quòd quamuis Admiratus alias facultates impetrauisset ad imponẽdos annuos reddit. super bonis maioratus, non debuit Principi illarum impetrationem referre, quando hanc obtinuit, Molin. *lib. 4. c. 3. n. 42.* legendus ex *num. 40.* vbi dicit, quòd si secunda facultas postulatur ex eadem causa qua prima, debet illius mentio fieri: si tamen ex alia causa petatur, non debet Princeps certiorari de prima, atque ita cùm Admiratus al ã facultatem non petierit, neque impetrauerit pro solutione æris alieni erga Marchionem contracti, nihil interest, quòd Admiratus alias facultates pro soluendis alijs creditis impetrauerit, Sanchez *de matrim. lib. 8. disputat. 22. n. 3. & 4.*

206 Secunda obreptionis causa non obstat, dicitur enim non fuisse explicatum reddit. vitalitios absque Regia facultate fuisse institutos, quòd à veritate alienum est, quia si instrumenta illorum contractuum fuerunt producta, & visum est reddit. illorum nimi ex fundatione istius census, nulla alia relatio requiritur, vt in fortiori casu resoluit Matescot. *lib. 3. c. 10 n. 151. & 152.* vbi quòd cõfirmatio census nulliter impositi super bonis fideicommissi conualidatur per approbationem subsequutam.

207 Tertia causa subreptionis proponitur ex eo quòd narratum non fuit census vitalitios processisse ex ludis, & alijs creditis illicitis. Cui respondetur, hanc causam in facto non iustificari, quia non constat prædicta credita ex prædictis causis processisse, neque assertas fraudes commissas fuisse, & si vt suprà dictum fuit, quando census instituitur ex causa vera, licèt ex alia simuletur, validus est, & subsistit, sequitur alia regula in materia subreptionis, & obreptionis innegabilis, scilicet quòd quando Princeps concedit gratiam ex causa tacita, sicut ex expressa, nulla subreptio committitur, vt per Felin *in capit. super literis de rescriptis, colum. 2. versic. Exprimenda in prima regula*, Gabriel *consil. 200. num 10. volum. 1.* & cũ eis Fabius de Anna *d. cons. 113.* dum in hac causa allegatur *n. 7. & 8. & per totũ, vol. 2.* Ciriacus *tom. 1 controuers. 160. n. 37.*

208 Et cùm causa, quæ mouit Principem, fuisset Admiratum fuisset obæratum, & cùm hæc oppressio æqualiter ex vtraque causa posset prouenire, absque dubio subreptionis allegatio euanescit.

209 Prædictis additur, quòd cùm Admiratus

ratus esset tam illustris, & ex stirpe Regia, & Dominus Rex Philippus Secundus adeò negotijs intentus, omnesque suæ Curiæ Principes, & Magnates optimè cognosceret, præsumendum est nosse Admirati indigentiam, & creditorum molem: & ad vitandam subreptionem sufficit in Principe notitia generalis, vt ex Paulo *cons.* 221. *in fin. lib.* 1. tradit in terminis Ruinus *cons.* 68. *num* 4. *lib.* 3. & plures referens Menoch *cons.* 20. *num* 49. *cum seqq. lib.* 1. Gonçalez *in regula* 8. *Chancellaria gloss.* 36. *num.* 28. Gratianus *tom* 3 *cap.* 415. *numer.* 28. *& tom.* 4. *cap.* 765 *num.* 52 *& cap.* 635. *nu.* 10. *& capit* 673. *num.* 19 *&* 20. vbi de legitimatione obtenta ab eo, qui erat notus Pontifici, & in curia valde conspicuus, quod præsumatur Pontificem eius facta scire, & habere filios legitimos, vel consanguineos, ad vitandam subreptionem, & dixi *allegat.* 19. *nu.* 59. *& allegat* 33. *num* 13.

210 Et propterà Felinus *in cap. super literis de rescriptis num.* 8. *vers.* 3. *regula*, dicit non esse necessarium in precibus exprimere ea, quæ sunt notoria in curia, quod latè exornat Fabius de Anna *consil.* 111. *num.* 5. *volum.* 2. Ciriacus *controuers.* 160. *num.* 30. legendus *ex n.* 28. *vsque ad* 38.

211 Denique quascumque eneruat difficultates, si fortè essent clausulæ motu proprio, & ex certa scientia in facultate appositæ, quæ absque dubio vitium subreptionis & obreptionis excludunt, *capit. si motu proprio de præbendis in* 6. Sanchez *lib.* 8. *disputat.* 21. *num.* 47.

212 Et totum quod in hac responsione diximus, superfluum videtur, cùm veritas narratorum ex ipsis instrumentis resultet, & ab Admirato nihil, neque verè, neque coniecturaliter probatum sit circa causarum falsitatē, & siniſtram relationem. Ex quibus concludimus, sententiam Supremi Consilij in reuisionis gradu esse reuocandam. Salua, &c.

SVMMARIVM Allegationis 33.

1 *Prætensio partis enarratur, & num.* 2.

3 *Eius defensio in tres diuiditur exceptiones, & num.* 4.

5 *Officia magnam cum feudis habent similitudinem, & valet argumentum de vno ad aliud.*

6 *Feuda quando renuntiantur de consensu domini directi, nouus titulus causatur independens ab antecessore, & sic adquiruntur libera ab hypothecis renuntiantis.*

7 *Rex ius hypothecæ in aliqua re habens, illud videtur remisisse, si facultatem concedat ad hoc, vt res illa vinculo subüciatur.*

8 *Feudi dominus, si consentiat hypothecæ rei feudalis, sibi præiudicat, etiamsi consentiat sine præiudicio suorum iurium.*

Rex concedens facultatem ad dispenendum de bonis maioratus, sibi præiudicat in turibus deuolutionis, quam habet ad ea bona, si illius iuris certior erat.

9 *Titulus nouus formatur ex Regio assensu, quãdo in illo nouæ conditiones apponuntur.*

10 *Scientia eius, quod notum est, præsumitur, etiã quando factum est tale, quod verosimiliter solet ad notitiam omnium venire, vsque ad num.* 12.

13 *Scientia in Principe præsumitur ex notorietate officij, seu facti.*

14 *Exceptio* 2. *ad tria grauamina reducitur, & num* 15.

16 *Rationum redditio ad quatuor extrema reducitur, scilicet librorum exhibitio, rationis datio per introitum & exitum, solutio reliquationis, & satisfactio culpæ.*

17 *Vel solùm ad duo, scilicet exhibitio librorũ, & ratio accepti & dati, & solutio reliquationis.*

18 *Officialis nominatus in aliquo officio tenetur seruire, & munus suum adimplere, iuxta consuetudinem & obseruantiam præcedentem.*

19 *Officium à Rege concessum, intelligitur cum omnibus qualitatibus & præeminentijs ad illud spectantibus.*

20 *Et item salarium assignatũ intelligitur, quod antecessoribus dari consueuerat, etiamsi nihil exprimatur.*

21 *Varietas si versetur quoad modum exercendi officium, vltimus actus debet attendi.*

22 *Consuetudo anterior semper est obseruanda in administrationum materia.*

23 *Item consuetudo potest remittere iuramẽtum calumniæ, quod in iudicijs summè est necessarium.*

24 *Religiosus aliquam regulam professus, non potest compelli à superiore suo ad obseruantiam alterius regulæ, nec eiusdem reformatæ.*

25 *Obligatus ad faciendum aliquid, ad quod ratione officij non tenebatur, non sibi præiudicat.*

26 *Confessiones factæ per iniustè captum, & detentum, sunt nullæ, meticulosæ, & coactæ.*

27 *Relationem iuratam in rationibus exhiberi sub tripli pœna, qua lege statutum sit.*

28 *Grauamen secundum refertur.*

29 *Rationes extraiudicialiter factæ exequi non possunt, nisi reliquatio resultet, & debitor eam recognoscat, & ad solutionem obligetur.*

30 *Rationes iudicialiter factæ, hodie tunc merẽtur executionem, quando calculatores à partibus nominati sunt in reliquatione conformes in tantum, quòd si in discordia tertius nominetur, qui cum aliquo eorum se conformet, non exequentur.*

32 *Rationes sunt indiuiduæ, & ideò acceptum*

& datum talem habent connexitatem, vt separari, vel diuidi non possint.

33 Executio contra administratorem solùm habet locum, quando rationem reddere recusat. Et si aliquid ab eo petatur, & ille rationes offerat, liberatur.

34 Confessio administratoris asserentis se aliquã quantitatem exegisse ex domini patrimonio, non meretur executionem, nisi rationibus dispunctis, qu'a hanc insitam habet qua litatem.

35 Relationem iuratam petens exhiberi, eam diuidere non potest, sed debet aut totam approbare, in quantum contra se est, aut totam reijcere.

36 Minor tutoris sui librum petens exhiberi pro eius oneratione, illum reprobare non potest quoad exonerationem, quamuis capita sint diuersa.

37 Relatio iurata, si detur cum protestatione, non potest separari acceptum à dato, quia intelligitur facta oneratio cum dicta qualitate.

38 Appellatio, vel reclamatio, non admittitur à sententia prolata, Regia consultatione præcedente.

39 Res iudicata prolata in iudicio summario, nõ præiudicat in iudicio plenario.

40 Sententia illa, quam Rex ipse pronuntiat, & suo nomine subscribit, non est appellabilis: non verò ea, quam ad consultationem alterius profert.

41 Quod etiam procedit in sententia prolata à delegato Principis sub nomine Regio, & consulto ipso Principe.

42 Prohibitio dicta solùm procedit respectu appellationis, non verò respectu supplicationis, nam hæc à quibuscunque Principis sententijs potest interponi.

43 Commissio data à Principe, etiamsi remoueat appellationem, tamen si sententia contineat plura grauamina, admittitur appellatio.

44 Appellationi, vel supplicationi locum esse, pronuntiandum est in dubijs.

45 Fiscus habet priuilegium conueniendi suos debitores executiuè in debito claro & liquido: nam si sit illiquidum, est necessaria causæ cognitio in via ordinaria, & sententia, & num. 46.

47 Tertium grauamen, in quo consistat, refertur, & num. 48.

49 Iniustum est, quòd quis sit debitor centum, & ei auferantur bona eiusdem quantitatis, & creditori adiudicentur, & nihilominus remaneat debitor, & pro dicta summa executiuè conueniatur.

50 Creditor, cui bona debitoris addicta sunt, viã executiuam continuare non potest ob eorum pretium.

51 Creditor, qui ius suum contra certa bona dirigit, non potest variare, & ea relinquere, & ad alia recurrere in debitoris præiudicium.

52 Salarium officij, quod antecessoribus consueuit dari, debetur officiali, & n. 61.

53 Cõsuetudo hæc firmatur solùm ex vnico actu anteriori.

54 Pecuniam alienam custodientibus debet dari aliquid propter amissionem, & diminutionẽ æreæ monetæ, vel argenteæ.

55 Damnum socio contingens occasione societatis, ab alijs socijs debet resarciri.

56 Officium suum nemini debet esse damnosum, & num. 57.

58 Salaria, & sumptus ministrorum, quorum opera necessaria est ad officij exercitium, debent imputari domino patrimonij.

59 Officiali, qui tenetur in curia residere ratione officij, si extra eam migretur de domini mandato, debetur nouum salarium, & numero 60.

62 Salarium officialis debet esse labori correspõdiuum, & æquiualens: & ideò si in duobus seruit officijs, duplici debet frui salario.

63 Quod exornatur Bart. & Iasonis, illius in l. Seio amico, ff. de annuis legatis, & istius in l. quo minus, ff. de fluminibus, doctrina, & ita ẽ aliorum.

64 Officialis, qui officij possessionem non fuit adeptus, non ex sua culpa aut facto, sed aliunde, pro officiali haberi debet, & salarium lucrari.

65 Comprobatur ex decision. 419. & 451. Frãchis.

66 Sententia solùm præiudicat ei, cum quo pronuntiata fuit, & non alij.

67 Executoria non potest exequi contra tertium possidentem bona quæ fuerunt debitoris, nã priùs debet audiri in via ordinaria.

68 Sententia contra antecessorem pronuntiata, nullum adfert successori præiudicium, quãdo successit ante motam litem.

69 L. 27. tit. 11. lib. 9. Recopilat. cap. 11. quæ concedit Fisco viam executiuam contra tertium possessorem bonorum, quæ in contractibus locationum reddituum suorum ei obligantur, explicatur.

Fisci priuilegium solùm debet admitti in casibus à iure expressis.

70 L. 4 tit. 2. lib. 6. Recopilationis, iuxta quam nobilis conductor Regalium iurium potest incarcerari, ita intelligitur, vt non possit ampliari ad alios casus.

71 Nobilis decimarum debitor non potest propter hoc incarcerari, nisi in quantum ad tertias.

72 Nec nobilis gabellarum debitor ex proprio contractu, vel alia ratione Fisco debitarum.

73 Cap. 11. dictæ legis 27. procedit in hypotheca expressa, & ideò non potest extendi ad tacitam.

Via executiua, quæ competit pro expresso in scriptura, non habet locum pro tacito, quod ex illa resultat, etiamsi veniat in consequentiam

tiam expreſsi: & ideò non competit pro intereſſe, quando factum promittens non adimpleuit, nec pro tacita reconductione.

74 *Fiſcus de iure communi antiquo non habet contra tertium pro tacita hypotheca idem priuilegium, quod pro expreſſa.*

75 *Via executiua competens ex ſtatuto contra tertium poſſeſſorem in actione hypothecaria, non procedit contra poſſidentem bona tacitæ ſolùm hypothecæ ſubiecta.*

76 *Fiſcus habet tacitam hypothecam in bonis illius, qui cum eo contrahit.*

77 *Sententia pronuntiata contra debitorem, tunc præiudicat creditoribus, & tertijs habentibus ius in bonis illius, quando ea bona debitor poſſidet: nam ſi iam ſint alienata, & virtute hypothecariæ actionis intendatur exactio debiti à tertijs poſſeſſoribus, debet cum eis cauſa de nouo agi, & creditum liquidari, & num. 78.*

79 *Actio hypothecaria intentari non poteſt contra tertium poſſeſſorem bonorum adminiſtratoris ex reliquatione cum eo facta, licèt prætendatur eſſe hypothecata.*

80 *Via executiua quando competit ex ſtatuto cõtra tertium, ſi creditum liquidationem requirat, debet fieri citato reo.*

81 *Sententia iniuſtè lata, tertio non præiudicat.*

82 *Sententia prolata contra reum ex ſua confeſſione, non præiudicat tertio, vt poſſit damnari.*

83 *Fideiuſſor obligatus ad ſoluendum quidquid Titium debere conſtiterit, non poteſt conueniri pro debito probato ex ſola debitoris cõfeſſione, nam debet de eo conſtare per veras probationes.*

84 *Fideiuſſori non nocet renuntiatio, aut actus voluntarius debitoris, præcipuè ſi ſoluendo non ſit, vſque ad num. 86.*

87 *Legis nouæ diſpoſitio non comprehendit contractus anteriores.*

ALLEGATIO XXXIII.

PRO

D. Hieronymo Guillamas Velazquez Calatrauenſis Ordinis Equite.

CONTRA

D. Fiſcalem Regij Senatus patrimonij.

EPITOME ALLEGATIONIS.

I Princeps aſſentiendo quòd officium Decurionatus vinculo ſubijciatur, an ſibi præiudicet in hypotheca, quam in eo habet.

II Officialis ad aliquod officium electus, illud debet exercere iuxta morem prædeceſſorum.

III Et grauari non poteſt rationem reddere, relatione iurata priùs exhibita.

IV Sententia, Regia conſultatione præcedente, prolata an ſit ſupplicabilis.

V Liber rationis, ſeu relatio iurata adminiſtratoris, non poteſt pro parte acceptari, & pro parte repudiari.

VI Lex tribuens viam executiuam hypothecæ inſtrumento guarentigio contentæ, contra tertium poſſeſſorem, quomodò intelligatur.

VII Lex 27 cap. 11. tit. 11. lib. 9. Recopilat. fol. 131. in tom. 3. nouè explicatur.

1 D. Hieronymus Guillamas Velazquez Eques Ordinis de Calatraua in cauſa cum D. Regij Fiſci aduocato prætendit reuocationem decreti Regalis Senatus, in quo ſententia fuit confirmata calculatoris Auguſtini de Arellano iudicis, cui ſunt commiſſa negotia Franciſci Guillamas patris D. Hieronymi, per quam iuſſit, vt intimaretur D. Hieronymo, quòd intra viginti dies ſoluat Regio patrimonio 102. qs. 585 [682. matapetin. quæ ei debentur ex reliquationibus liquidis factis contra bona ſui parentis, aut tradat bona eius libera, & nullo affecta impedimento, ex quibus poſſit exigi dicta ſumma, aut maiores licitatores bonorum, quæ ſunt addicta: & tranſacto dicto termino ex tunc declarauit officium Decurionis ciuitatis Abulenſis ſpectare ad bona allodialia ſui parentis, & vt tale iuſſit vendi, & publicè ſubaſtari, & condemnauit D. Hieronymum ad tituli exhibitionem.

2 Et ſimiliter intendit abſolui à petitione Fiſcalis commiſſionis Auguſtini de Arellano, quam D. Fiſci aduocatus proſequitur.

3 Et facti ſpecie ſuppoſita, D Hieronymi defenſio conſiſtit in tribus exceptionibus: prima, quòd Decurionatus officiũ ciuitatis Abulenſis non eſt hypothecatum reliquationibus ſui patris: ſecunda, quòd nondum reſultauit reliquatio: tertia, quòd quando reſultaſſet ab eo peti non poterat virtute dicti officij actione hypothecaria, quouſque denuò cũ D. Hieronymo rationes fierent.

EX-

EXCEPTIO PRIMA.

In qua probabitur, Decurionatus officium non esse reliquationibus hypothecatum.

4 ERectione, venditione, & qualitatibus officij præsuppositis, certissimum est, illud non esse comprehensum in tacita hypotheca, quam Regius Fiscus habebat in bonis Franciſci Guillamas, ad exigendas reliquationes officij Magistri Cameræ.

5 Primò, nam officia magnam cum feudis habent similitudinem, & valet argumentū de officio ad feudum, Ponte *decis.* 28. *num.* 5. & 6. Ioann. Andreas Georgius *in repetitionibus feudalibus cap.* 53. *num.* 28. & 29. & *capit.* 5. *num* 51. Theodor. *allegat.* 41. *num.* 3. & meliùs *num* 13. & cum Marta *voto* 228. vbi citat Vincentium de Anna *allegat.* 103. *num.* 3. ipse Marta *consil.* 53. *num.* 2. & *alijs seqq.*

6 Etenim cùm in feudis solùm consanguinei, & de familia possint succedere, quando renuntiantur de consensu domini directi, nouus titulus causatur independens ab antecessore, & sic fit adquisitio libera ab hypothecis renuntiantis, vt probatur in §. *Rursus, quibus modis feudum amittatur*, Ponte *decis.* 28. *num.* 4. & 9. & *per totum*, vbi resoluit fuisse decisum, per resignationem officij omnes hypothecas, & onera extincta fuisse, Anell. Amat. *consil.* 10. *ex num.* 6. *per totum*, & *consil.* 49. *ex num.* 9. Georg. *in repetit. feudalibus cap.* 54. *nu.* 79. & 83.

7 Secundò, nam ex alio capite prędictum decurionatus officium liberum remansit ab hypothecis Franciſci Guillamas: nam cùm ius hypothecæ Rex in eo haberet, illud videtur remissum ex prædicta facultate data ad hoc, vt dictus Franciſcus Guillamas officium vinculasset, & inter descendentes maioratum instituisset, *l. sicut*, §. *venditionis*, & *l. Lucius*, ff. *quib. mod. pign. vel hypoth. solut.* vbi sola præsentia creditorum operatur, vt remissum pignus videatur ex illius constitutione in dotem, *l. fideiussor*, §. *pater*, ff. *de pignoribus*, vbi subscriptio apochæ facta à filio famil. in qua pater obligauit bona ipsius, illi præiudicat in iure & dominio ipsius rei, *l. Titius*, §. *fin* ff. *quib. mod. pign. vel hypothec. soluit.* vbi subscribens instrumento, in quo alteri obligatur fundus, sibi in pignore præiudicat. Menoch. *consil.* 1099. *nu.* 7. *lib* 11. vbi in terminis de rei domino, qui consensit testatorem suam alteri legandi, vt dicatur ius suum amisisse.

8 Et magis in terminis in domino feudi, quod si consensit hypothecæ rei feudalis, sibi præiudicat circa eam, feudo reuerso, etiamsi consenserit sine præiudicio suorum iurium, Isernia *in* §. *quid ergo*, *versiculo alij putant verius in titulo de inuestitura de re aliena facta*, & *in titulo qui successores teneantur, colum.* 3. *versiculo ex præmissis apparet*, quam refert & sequitur Freccia *de subfeud. lib.* 2. *authoritate* 29. *sub num.* 8. vbi hoc latè comprobat, Capitius *in inuestitura feudali, cap. feudorum deuolutio. versiculo hypotheca, nam extinguitur pagin.* 59. & *cap. feudorum executio, versic. Dominus mortuo pag.* 197. Camerarius *in cap. imperialem pagin.* 61. *litera M. N. & R. pag.* 43. *liter C. pagin.* 60. *liter P.* & expressius, *pag.* 50. *liter. L.* Iserniam sequitur ibi, & *liter. H. pagina sequenti*, & decisionem huius quæstionis adduxit Molina *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 39. 40. & 42. & *sequentibus in facultatibus à Rege concessis ad disponendum de bonis maioratus*, an ex hoc Fiscus remaneat præiudicatus in iuribus deuolutionis, quam habet ad bona, super quibus assentitur, & decidit quæstionem ex scientia, vel Principis ignorantia: nam si certior est iuris quod habet, eo ipso præiudicatur in eo, quod etiam latè exornat Castillo *tom.* 5. *cap.* 89. *numer.* 119. & *sequentibus.*

9 In hoc casu non solùm Rex noster assentitus fuit, quòd dictum officium vincularetur, sed quòd fuisset perpetuum, & constituit in fauorem Franciſci Guillamas nouum ius, & titulum ab anteriori diuersum, ex his quæ tradit Rouitus *in rubric. de feud. num* 66. 67. & 68. vbi quòd ex Regio assensu formatur nouus titulus, quando in illo nouæ conditiones apponuntur, sequitur Ioannes Andreas Georgius *in repetit. feudal. cap.* 6. *num.* 14. & *sequentibus.*

10 Et dubitari non potest, Regem, quando perpetuauit Decurionatum in beneficium D. Franciſci Guillamas, sciuisse esse hypothecatum officio Magistri Cameræ, nam notum erat prædictum exercere dictum officium, & sic scientia præsumitur, *cap. pro illorum de sententi. excommunicat.* Menoch *lib.* 6. *præsumpt.* 23. *num.* 80. Mascard. *concluſ.* 889.

11 Et etiam præsumitur scientia, quando factum tale est, quod verosimiliter solet ad notitiam omnium venire, *cap. quando de translatione Episcopi*, Rolandus *consil.* 19. *numer.* 43. *lib.* 1.

12 Et quando factum est notum, *glos. in l. si tutor verbo ostenderis*, C. *de pericul. tutor.* & cum alijs Menoch. *dict. præsumpt. on.* 23. *numero* 69.

13 Et cùm Franciſcus Guillamas sit famulus antiquus domus Regiæ, etiam ex notorietate officij scientia in Principe præsumitur, Beroius *consil.* 272. *num.* 10. *lib.* 2. Ruin. *consil.* 124. *nu.* 10. *lib.* 4. vbi loquitur in scientia præsumpta ex notorietate facti, Gratianus *tom.* 4. *cap.* 765. *num.* 52. vbi quòd sufficit, quòd Princeps in genere scientiam habeat, & ad euitandam subreptionem idem in *cap.* 635. *num.* 10. & *cap.* 637. *num* 19. & 20. & meliùs *lib.* 3. *cap.* 415. *num.* 28. & dixi *allegat.* 19. *nu.* 59. & *allegat.* 32. *n.* 209.

EXCEPTIO SECVNDA.

In qua probabitur relationem iuratam nullum posse Francisco Guillamas, nec D. Hieronymo præiudicium afferre.

14 HÆc exceptio ad tria grauamina reducitur. Primum, non posse compelli Franciscum Guillamas ad dandam relationem iuratam.

15 Secundum, dictam relationem, & reliquationem in ea factam, non fuisse executiuã. Tertium resultat ex partitis in computum nõ receptis.

Primum grauamen.

16 PRouisio, & exercitium officij Magistri Cameræ pertinet ad Regium assessum, vulgò, *Bureo*, vbi nulla lex, cedula Regia, vel ordinatio inuenitur, quæ præcipiat, quòd officiales illius stationis habẽtes curam bonorum Regij patrimonij, rationes reddãt per relationem iuratam, sed in forma iuris cõmunis, quę ad quatuor extrema reducitur, scilicet, librorum exhibitio, rationis datio per introitum & exitum, solutio reliquationis, & satisfactio culpæ, vt dixit Baldus *in l. cùm testamenta, C. de testament. manumiss.* Baeça *de decim. tutor. cap. 2. num. 166.* Gutierrez *de tutel. 3. part. cap. 1. num. 69.* Escobar de ratiocinijs *cap. 2. num. 4.* Francisc. Anton. Costa *conf. 30. n. 2. & conf. 59. n. 22. lib. 1.*

17 Et alij DD. diuidunt obligationem reddendi rationes in duas partes. Prima est exhibitio librorum, & ratio accepti & soluti. Et secunda est solutio reliquationis, moti ex decisione, *l. cùm seruus, l. qui sub conditione, ff. de condit. & demonstrat. l. si statu liber. §. fin ff. de stat. liber. l. si ita fuerit 1. §. quæstio hæc, ff. de manumiss. testament.* Gutierrez *dict. num. 69. vers. Tamen quidam Galli*, Escobar *dict. cap. 2. n. 5.*

18 Et quando nulla esset iuris communis determinatio, stare debebamus obseruantiæ præcedenti dicti officij, quia Franciscus Guillamas quando rationem reddidit tempore D. Regis D. Philippi Secundi, non produxit relationem iuratam, nec ad id fuit compulsus, & eodem modo antecessores rationes suas præstiterunt: quæ consuetudo videtur à D. N. Rege in dicti officij concessione approbata, & eadem forma Francisco Guillamas officium concessum, qui illud acceptando, censetur præteritæ consuetudini se conformasse, vt tradit Bartolus *in l. magistratus per illum text ff. ad municipal.* Bald. Albericus, Salicet. *& alij in l. excepto, C. locati*, & in pulchro casu Ponte *dec. 37. num. 2. & 3* Carrot. *de locat. part. 1. tit. de mercede commissa quæst. 2. num. 23. ad finem*, vbi quòd locans operas suas tenetur seruire iuxta consuetudinem, Rebuffus *de maiestate Principis, vers. Sed etiam per legitimos tramites num. 167. vsque ad 171. fol. 92.* vbi hoc argumento vtitur ad probandum, quòd ministri, & iudices à Rege nominati ad exercitium, iuxta anteriorem consuetudinem videntur obligari.

19 Et datum à Rege officium videtur, & intelligitur concessum cum omnibus qualitatibus, & præeminentijs ad illud pertinentibus, Innocent. *in cap. cùm accessissent de constit.* & cum alijs Giurba *conf. 96. n. 9.*

20 Et salarium, quod solet antecessoribus dari, videtur assignatum, etiam si nihil sit dictum, *glos. in l. excepto, C. de locati*, Carrotius *d. quæst. 2. num. 11. pag. 7.* Martà *conf. 53. num. 12.* Mastrill. *de magistrat. lib. 1. cap. 2. num. 66.* qui loquuntur in officiali nominato absque præfinitione salarij, Escobar de ratiocinijs *capit. 29. num. 11.*

21 Et quando est varietàs quo ad modum exercendi officium, semper vltimus actus attenditur, Bald. *in l. binos num. 4. C. de aduocat. diuersor. iudic.* Iason *in l. diem functo de officio assessoris num. 18. & 19.* & ibi Cagnolus *nu. 97.* Mastrill. *de magistrat. lib. 1. cap. 21. num. 61.* Ponte *dec. 37 num. 5. 6. & 7.* Marta *cons. 53. num. 13. & 14.* Escobar *cap. 2. num. 11.* & dixi suprà *allegat. 5. ex num. 15.* & sic cùm inualuerit consuetudo non petendi iuratam relationem à Cameræ Magistris, sed quòd per libros suos, & receptas fiat calculatio, per introitum & exitum, Franciscus Guillamas adimpleuit eo modo præstita ratione, & sic obligari non potuit ad dandam dictam relationem, ex prędictis fundamentis.

22 Et quia in administrationum materia semper est obseruanda anterior consuetudo, Bart. *in l. tutor qui repertorium num. 18. ff. de administratione tutorum*, vbi in individuo resoluit, quòd consuetudo tutorem excusat à cõfectione inuentarij, Speculator *in tit. de instrument. editione circa finem, vers. Sed quid si hæres*, vbi resoluit, quòd requisitam faciendi inuentarium est in hærede præcisum, & quilibet defectus inexcusabilis iudicatur, nisi adsit consuetudo, quod prosequitur Escobar de ratiocinijs *capit. 9. ex numer. 39. cum quinque sequentibus.*

23 Et in iuramento calumniæ, quòd summe necessariũ est in iudicijs, quòd possit illud consuetudo remittere, probat latè Gail. *lib. 1. obseruat 85. nu. 4. & 5.* ibi Greuen. *in annotat. concl. 85. per totam.*

24 Et sic iniustè & contra ius D. Franciscus Guillamas fuit obligatus ad exhibendam dictam relationem iuratam, cùm sit extraordinarium in suo exercitio, ad quod non potuit obligari, vt in fortiori casu resoluit Abbas *in cap. super eo in fine de regularibus*, vbi dicit religiosum aliquam regulam profitentem non posse à superiori compelli ad obseruantiam

riam alterius regulæ, nec eiusdem reformatæ, sequitur Menoch. *de arbitrar. casu* 431. *num.* 42. & 43.

25 Et hac de causa ex relatione iurata nullum poterat Francisco Guillamas causari præiudicium, quia de iure non poterat compelli ad eius præstationem, *l.* 1. *§. si quis vltrò, ff. de quæstion. & ibi gloss. verbo nonnumquam*, Farinac. *in praxi tom.* 3. *q.* 83. *n.* 32.

26 Hippolytus de Marsil. *in praxi criminali, §. attingam colum* 5 *versic. Scias vlterius*, vbi quòd confessiones factæ per iniastè captum, & detentũ, sunt nullæ, meticulosæ, & coactæ: sequitur Purpuratus *consil.* 446. *num.* 4. *lib.* 2. Mincino *de confessione cap.* 3. *artic.* 5. *num* 45. *capit.* 153. & de confessione per metum facta tradit *dict. cap.* 3. *art.* 4. *num.* 11. *& num.* 65. *cum tribus sequentibus*, vbi de confessione carcerati.

27 Cum hoc concurrit, quòd hæ relationes potiùs præstantur ex practica Senatus, quàm ex rigore ordinationis, nam in ordinatione 18 *de la Coruña*, quæ facta fuit die 10. Iulij anni 1554. quæ hodie obseruatur, & transcripta est in *l.* 18. *titul.* 5. *lib* 9. *Recopilat* non ordinatur, quòd iuratæ relationes dentur, sed quòd ratio per receptionem & datam expungatur, & promittatur priùs solemni iuramento præstito eam esse veram, sub pœna tripli: & Bobadilla in Politic. *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 28. nullam aliam legem ad hanc pœnam tripli adducit, nec Escobar de ratiocin. *cap.* 9 *num.* 60. & facta prædicto modo calculatione, de iure communi certissimum est viam executiuam non competere.

Secundum grauamen.

28 SEcundum grauamen, quod Francisco Guillamas illatum fuit, consistit in executione reliquationis, quia cùm compelleretur ad relationem iuratam exhibendã, & omni auxilio fuisset destitutus, in ea clausulam inseruit, quòd illius virtute non posset contra eum executiuè procedi, quod probatur. Primò, nam rationes fieri possunt extraiudicialiter, & iudicialiter.

29 Extraiudicialiter factæ exequi non possunt, nisi reliquatio fiat, & debitor eam recognoscat, & ad solutionem obligetur, Bart. *in l. instar num.* 16 *C. de iur. Fisci lib.* 10. Parlador *lib.* 2 *rer. quotid. cap fin.* 1. *part. §.* 6 *num.* 1. Escobar de ratiocin. *capit.* 31. *num.* 1. *cum sequentibus*: & sic cùm Franciscus Guillamas reliquationem non approbasset, neque recognouisset, non potuit contra eum executiuè procedi.

30 Iudicialiter fiunt rationes, quando coram iudice competenti nominantur calculatores, qui eas faciant, & expungant, vt tradit Parlador. *d. §.* 6. *n.* 1. & hodie *l.* 24 *tit.* 21. *lib.* 4. datur noua forma ad conficiendas rationes, ad hoc vt reliquatio executiua sit, quia sunt nominandi duo calculatores, qui in reliquationibus debent esse conformes, & si non cõueniant, & sint discordes, tertius nominatur, cuius determinatio non erit executiua, quam nis conformis sit cum aliquo ex calculatoribus, quia deficit legis requisitum, Escobar in terminis *cap.* 33. *n.* 7. *cum seqq.*

31 Et in his rationibus non fuit hoc modo processum, quia Franciscus Guillamas pro sua parte calculatorem nõ nominauit, & fuit adstrictus ad dandam iuratam relationẽ, quæ dari non debebat.

32 Secundo, quia Regium patrimonium, vt possit Franciscum Guillamas conuenire, nullum habet instrumentum, scripturam, vel aliam liquidationem præter dictam relationem iuratam, in quá quamuis sit reliquatio 30. qs. 69 [illegible] 885 marapetin. est cum qualitatibus dictæ clausulæ, quæ diuidi non potest, & si Regium patrimonium ea iuuari intendit, debet esse cum sua qualitate, nam rationes sũt indiuiduæ, & continent receptum, & datum, & receptio peti non potest, nisi priùs data acceptetur, *l. cùm quæritur, ff. de administratione tutorum*, Alexand. *cons* 192. *per tot. lib.* 7. Iason *cons.* 100. *lib.* 4. Escobar de ratiocin. *cap.* 21 *& num* 12 Giurba *decis.* 15. *ex num.* 13. *cum seqq.* Franciscus Anton. Costa *cons.* 56. *ex num.* 1. vbi pro hac opinione alij plures DD. referuntur, Socinum reprobantes *cons.* 24. *lib.* 1. qui asserit contrarium, & omnes supra adducti resoluunt, quòd datio, & receptio talem connexitatem habent, quòd separari, vel diuidi non possunt, latè Capit. Galeota *tom* 1. *controuers.* 31. *num.* 8. & 9. & *sequentibus*, vbi optimè loquitur.

33 Et ex hac ratione solùm potest procedi executiuè contra administratorem, quando ratio petitur, & eam dare recusat, nec libros vult exhibere, Escobar *dict. cap.* 21. *num.* 25. Costa *dict. consil.* 56. *num.* 6. & si petitur, quòd aliquid soluat administrator, & ipse rationes offerat, liberatur, Baeça *de decima tutoris cap.* 2. *num.* 168 Gutierrez *de tutel. part.* 3. *c.* 1 *n* 53 Costa *d. cons.* 56. *n.* 7.

34 Tertiò, nam ex prædicta ratione si administrator fatetur aliquam quantitatem exegisse ex patrimonio domini, exequi non poterit, nisi priùs reddita ratio sit, quia confessio hanc insitam qualitatem habet, vt priùs debeant dispungi rationes, Platea *in l.* 1. *in fin. nu.* 9. *C. de apochis publicis lib.* 10. Baeça *de decim. tutor. cap.* 2. *num* 170. Gutierrez *de tutel.* 3. *part. cap.* 1. *num* 52 Escobar de ratiocin. *capit.* 21. *num* 22.

35 Quartò, in hoc casu altera fieri poterat consideratio in fauorem Francisci Guillamas: quia ad instantiam Fisci coactus fuit relationem iuratam exhibere, & eam diuidere non

non potest, nam debet aut totam approbare in quantum contra se est, aut totam reijcere, vt tradit Salicetus *in l. 1. C. de edendo columna vltima.* & post eum Iason *in repetitione l. admonendi de iur. iurand. nu. 129. col. 2. vers. Et istam differentiam*, tradit Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. final 1. part. §. 5. num. 20. & 21.* qui pro ratione assignant aliquam scripturam producentem omnia in illa contenta fateri, *l. cùm precum, C. de liberali causa*, Vinius *decis 370. n. 3.* & qui petit, quòd aliqua ratio, vel relatio exhibeatur, eam impugnare non potest.

36 Et cùm Promotor Fiscalis, ad cuius instantiam rationes reddebantur, nullam haberet schedulam, aut scripturam ad onerandum Franciscum Guillamas, & petierit dictã relationem iuratam, ei omninò stare debet, Angel. *in l. sumptus, C. de administrat. tutorum*, vbi resoluit, quòd si minor vult iuuari libro tutoris pro eius oneratione, illum reprobare non potest quoad exonerationem, quamuis capita sint diuersa, nam totum in dicto libro contentum debet reprobare, vel acceptare, Sola *in constitut. Sabaudiæ lib. 3. tit. de minorib. cap. 4. glos. 3. num. 21. pag. mihi* 167 Rota apud Ludouis. *decis. 377.* Escobar de ratiocin. *cap. 13. num. 10.* Genua *de scriptur. priu. lib. 4. tit. de fide libror. ration. tam pro actore, num. 23. vsque ad 28. pagin mihi* 199. Rota apud Durand. *decis. 352. n. 3. vsque ad 6. p. 2.* vbi quòd quando creditor non potest aliunde creditum suũ probare, quàm ex libris particularibus, nõ potest eos diuidere, sed tenetur eis stare, etiam in his, quæ pro libri domino faciunt.

37 Et quando inuenitur protestatio ad finem relationis iuratæ, tunc receptio à dicta protestatione non potest separari, nam intelligitur facta cum dicta qualitate, Bald. *in l. siquidem, C. de except. n. 3. col 3. ad fin.* Bosio *in praxi tit. de confess. num. 26.* Farinac. *tom. 3. quæst. 81. num. 148.*

38 Nec obstabit, si replicetur, hanc reliquationem esse liquidatam ex additionis sententia pronuntiata Regia consultatione præcedente, â qua appellari, vel reclamari non potest, *l. 1. §. 2. ff. quib. appellat. non licet, capit. cuncta 9. quæst. 3. cap. inter eorum, versic. Illa 2. quæst. 6.*

39 Nam respondetur. Primò, quòd quando possit adaptari huic casui horum textuum decisio, dubitari non potest, rem iudicatam, quæ ponderatur, esse in via executiua, & non in via ordinaria, & ita vt prolata in iudicio summario, non præiudicat in plenario, *l. penultim ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris, l. à Diuo Pio, §. si super rebus de re iudicata*, Franch. *decis. 289. & dixi allegat. 7. ex n. 61.*

40 Secundò, nam etiam in via executiua poterat D. Franciscus Guillamas appellare, vel à sententia supplicare (vt fecit) causam in Tribunali Senatorum Regalis patrimonij introducendo, vbi erat causa decidenda in instãtijs necessarijs, vel à iure requisitis, nam appellandi prohibitio procedit respectu sententiæ, quam Rex ipse pronuntiat, & suo nomine subscribit: sed non quando Rex ad consultationem, & relationem alterius sententiam profert, tunc enim datur appellatio, quia non appellatur à sententia Regis, sed à sententia priuati, *l. 1. in princip ff. quand. appellat. sit. cap. biduum, vers. Et si quid ex tract. 2. q. 6.* Farinac. *in praxi 3 p. q. 101 nu. 75.* Scaccia *de appellat. q. 16. limitat. 1. n 138.*

41 Et hoc procedit, etiamsi sententia proferatur à delegato Principis sub nomine Regio, & consulto ipso Principe, Capitius *decis. 111. num. 4.* Farinac. *dict. quæst. 101. num. 78.* Scaccia *dict. limitat. 1. num. 138. & 147.* Rouit. *ad pragmat. 5 de officio Sacri Concilij nu. 17.* vbi resoluit idem in sententia pronuntiata ab aliquo Senatore vti iudice delegato, etiã quòd à sententijs Senatus, vbi assistit, non possit appellari, vel supplicari.

42 Tertiò iuris prohibitio solùm procedit appellationis respectu, sed non supplicationis, quia semper à cuiuscumque Principis sententijs potest interponi, Capitio *decis. 111. num. 2.* Farinac. *q. 101. n. 74.*

43 Quartò, quando commissio Senatorum, qui in causa processerunt, aliquam clausulam haberet, quòd à sua sententia appellari, vel supplicari non posset, adhuc cùm tot grauamina irrogentur Francisco Guillamas, admitti debebat appellatio, *glos. in capit. ex conquestione, verbo post appellationem de restitut spoliatorum*, Port. Imolens. *cons. 109. n. 14.* Rouit. *ad pragmat. 1. de officio Sacri Consilij, cap. 17. ad fin.* Petra ad Capitium *decis. 111.*

44 Denique in dubijs pronuntiari debet appellationi, vel supplicationi locum esse, *gl. in l. qui restituere, ff. de rei vindicat.* Giurba *decis. 49 num. 1. & decis. 101. num. 9.* & in supplicatione probat Decian. *cons. 47. n. 31. vol. 1.* Surd. *cons. 277. num. 31.* Giurba *decis. 17. n. 10. & decis. 49. num. 7.*

45 Nec obstabit, si replicetur, Fiscum habere priuilegium conueniendi suos debitores executiuè, *l. quoniam nonnulli, C. de appellation. cum vulgar.*

46 Quia hoc priuilegium locum habet in debito claro, nam si sit illiquidum, est necessaria causæ cognitio in via ordinaria, & etiam sententia, *l. hi qui cum Fisco, C. de conuen. Fisci debitor. lib. 10.* & cum Bald. & Luca de Penna tradit Peregrin. *de iur. Fisci, lib. 6. tit. 7. num. 5. versic. Si verò debitum non est liquidum*, Surd. *decis. 18. num. 2. 3. & 4. versic. Secundò in causis*, Mausonius *de caus. executiuis ampliat. 8. num. 12. & 13. pag. 114.* Nouar. *ad l. hi qui, C. de conuen. Fisci debit. lib. 10. num. 3. & 4. pagin. 20. & 22.*

Ter-

Tertium grauamen.

47 TErtium grauamen constat ex partitis, quæ non fuerunt excomputatæ D. Francisco Guillamas.

Prima partita nominum debitorum, quæ Francisco Guillamas fuerunt sequestrata, & quorum exactionem Fiscus in se suscepit.

48 PLura debitorum nomina, quæ ad magnam ascenderunt quantitatem, fuerunt sequestrata Francisco Guillamas, quæ in relatione iurata apposuit pro exoneratione, & ea calculatores, non admiserunt, dicentes pro exoneratione reliquationis factæ solutionem solùm esse admittendam in pecunia numerata, licèt Fiscus hos effectus accepisset antè, & post addictionum sententiam, & de eorũ exactione egisset.

49 Et ad probationem huius grauaminis non est necessarium disputare, an Fiscus ex apprehensione, & adiudicatione horum effectuũ censeatur satisfactus, & ex eo inducta sit nouatio primæ actionis, & solùm sufficit considerare esse iniustũ, quòd quis sit debitor in 100. & quòd ei auferantur bona eiusdem quantitatis, & creditori adiudicentur: & nihilominus eiusdem quantitatis remaneat debitor, & pro ea executiuè conueniatur.

50 Cui additur, quòd de iure creditor, cui bona debitoris addicta sunt, viam executiuam continuare non potest ob eorum pretium, Guido Papa *decis.* 348. *vers. In contrarium*, Iacob. de Aretin. *in tract. de cess. iur. & action. rubric. 6. num.* 72. Gutier. *lib.* 1. *practicar. quæst.* 148. *num.* 66.

51 Et qui ius suum contra certa bona dirigit, variare non potest, nec ea relinquere, & ad alia recurrere in debitoris præiudicium, Capicio *decis.* 62. *n.* 2. Horat. Barbat. *super pragmatica de assistentia, gl.* 2. *n.* 19.

PARTITA SECVNDA.

52 HÆc partita componitur ex salarijs, gagijs, & propinis, quæ ratione officij Magistri Cameræ ei debebantur, iuxta morem, & consuetudinem præteritam, obseruatam tempore antecessorũ, prout plenè probatum est: & ita summa harum partitarum in excomputum admitti debet, ex *gl. in l. excepto, C. de locato, cum dictis sup. n.* 18.

53 Et ad hanc consuetudinem solùm vnus actus sufficit, vt dicatur solitum, vt probatur *in l. Mella, §. sed si alimenta, ff de aliment. legat.* Gozadin. *cõs.* 23 Viuius *opinion.* 729. Carrot. *de locat. tit de mercede differm q.* 5. *n.* 22. *cũ duobus seqq fol.* 9. *col.* 4. *& in tit. de solito nu.* 1. *& 2. pag.* 252. vbi ex vnico actu dicit formari solitum.

PARTITA TERTIA.

54 PRætendit etiam Franciscus Guillamas excomputari magnam pecuniarum summam propter amissionem, & diminutionem monetæ æreæ, & argenteæ, quæ est verisimilis, & omnibus alienam pecuniam custodientibus contingens, vt probatum est, tam testibus, quàm certificationibus exhibitis, per quas constat idem in similibus causis à Senatu fuisse decisum.

55 Quo supposito, hæc partita iustificatur *ex l. cum duobus, §. quidam sagariam, ff pro socio*, vbi probatur, damnum socio contingens societatis occasione à socijs debere resarciri, & idem tradit Petrus de Vbald. *de duobus fratribus part.* 8. *sub num.* 1. *vers. Secundò casu*, Fẽlicius *de societate cap.* 19. *num.* 42. *& cap.* 27. *num.* 12.

56 Et his diminutionibus non receptis in computum, damnosum prædicto Francisco Guillamas esset officium, quia hæ summant plusquam emolumenta, & salaria concessa, quod in magnum eius præiudicium resultaret, cùm officium suum nemini debeat esse damnosum, *l. sed, & si quis ex signatoribus, ff. quemadmodum testam aperiant, l. si seruus communis, §. quod verò, ff. de furtis*, & in curatore, idem tradit Menoch. *cons.* 228. *num.* 15. *lib.* 3. & cum alijs Galganetus *de tutelis lib.* 2. *tit.* 36. *num.* 28. *pag.* 183.

PARTITA QVARTA.

57 FRanciscus Guillamas plures sumptus fecit in salarijs trium officialium, quorum opera vtebatur in exercitio dicti officij, & aliorum ministrorum, quos misit cum pecunijs de D. Regis mandato in pluribus itineribus ab eo peractis.

58 De quibus omnibus partitis debebat exonerari, quia in his terminis certissimum est sumptus ministrorum debere imputari domino patrimonij, *l. decreto* 25 *ff. de administrat. tutor.* Bart. *in l.* 2. *per textum ibi, C. quando in publicis horreis, lib.* 10. Carrotius *de locat. part.* 1. *tit. de administrat. tutor. quæst.* 3. *numer.* 30. *fol. mihi* 16. *column.* 3. Galganet. *de tutel. libr.* 2. *titul.* 16. *numer.* 4. *pagin.* 108. Escobar *de ratiocin. capit.* 27. *num.* 35. vbi post longam disputationem in hac opinione residet, quando salarium administratoris supplere non potest pro his ministris, quibus vtitur, nam tunc absque dubio ea soluere debet dominus patrimonij.

59 Et maiori ratione solui debet salarium famulis officium seruientibus Magistri Cameræ. Primò, quia Magister Cameræ ab hac curia abesse non poterat, debebat enim assistere domus Regiæ seruitio, & ministerio, & sic officialium nominatio necessaria fuit.

60 Secundò, quia si ipse D. Regem comitaretur, debebat ei nouum salarium assignari, quia quod propter officium habere debet, intelligitur eam in hac curia retinet: at verò si extra eam migratur, nouum salarium debet ei largiri, per *glos. in text. ibi in l. idem, §. idem Labeo, verbo eum oportere, ff. mandati*, Baeça *de decim. capit. 21. num. 15.* Gutierr. *de tutel. 3. part. capit. 2. num 18.* Escobar *de ratiocin. capit. 27. num. 30. & 31.*

PARTITA QVINTA.

61 FRanciscus Guillamas exercuit officiū Thesaurarij D. Regis Philippi Tertij, & eius Sororis D. Claræ Eugeniæ Castellæ Infantis, simul cum officio Magistri Cameræ, & coram calculatoribus prętendit salarij partitā excomputari ad rationem 300 ij. marap. quolibet anno, prout solutum fuit Ioanni Fernandez de Espinosa, & alijs in officio antecessoribus, atque ita ei debetur, ex *d. gl. in l. excepto, C locato, cum dictis sup. n 18.*

62 Neque obstabit replicare, salarium pro officio Cameræ habuisse, & sic frui non debere duobus salarijs: non satisfit, quòd iuxta ius commune, salarium debet esse labori correspectiuum, & æquiualens, *l. Seio amico, ff. de annuis legat.* & sic qui in duobus seruit officijs, duplici debet frui salario, Angel. *in auth. vt iudices, sine quoquo suffragio, §. illud nu. 1. fol. mihi 11. col. 4.* Felin. *in cap. transloto de constitut. nu. 8.* Mastril. *de magistrat. lib. 1. cap. 21. n. 72. cum seqq* Maur. *allegat. 19. lib. 1.* Gail *observat. 44. n. 8. part. 1.*

63 Et ex hac ratione Iason *in l. quominus, ff de fluminib. nu. 146. ex doctrin.* Bart. *in l. Seio amico, ff de annuis legat.* dicit, quòd si famulus promisit pro certo salario seruire tribus scholaribus, & seruit quatuor, quòd debet augeri salarium ob quartum scholarem, Felin *in cap. cùm olim de rei iudicat. n. 1. & 2.* Menoch. *consil. 223.* Costa *de rata quæst. 13. num. 3.*

PARTITA SEXTA.

64 EXonerauit se etiam Franciscus Guillamas ex salario ei debito pro officio Consiliarij Regij Senatus patrimonij, ad quod Principis beneficio fuit euectus: quę partita in exonerationem accepta non fuit, ex eo quòd possessionem officij nunquam apprehendit. Ad quod pro eius parte replicatur, absque suo facto & culpa id accidisse, quia impeditus fuit possessionem adipisci, & ita cùm nulla ei culpa posset imputari, pro officiali haberi debet, & salarium lucrari, *l. qui operas, ff. locati*, Fatin. *decis. 139 in nouem centurijs, & decis. 265. n. 3. part. 2 in recentioribus*: & in officiali imdedito præstare seruitium personale, probat Ponte *decis. 25 num. 16 & sequentibus*, Reynoso *observat 27. num. 22.*

65 Et magis in nostra specie hoc probat Franch *decis. 419. n 3. & decis. 451.* vbi loquitur in officiali, cui fuit impedimentum adhibitum, ob quod non potuit officij possessionem adipisci: & resoluit, quod pro tempore, quo his super impedimento durauerit, nō debetur ei salarium, nec tempus reintegrari in anno sequenti potest, & quòd salarium solui debet ab eo, qui impedimentum opposuit: sequitur Mastrillo *de magistr. lib. 1. cap. 21. nu. 90.*

TERTIA EXCEPTIO

66 OMne quod in præcedenti exceptione diximus, deseruit vt præambulū huic exceptioni, quia quando D. Fisci aduocatus non solùm haberet contra dictum Franciscū Guillamas viam executiuam ad exigendum reliquationem, sed literas executorias in via ordinaria, reducendo reliquationem ad certam quantitatem, & contra eam nulla esset replicatio, nec exceptio, certissimum erat, non posse exequi officium decurionatus, vti bona debitoris, cùm regula textualis sit, quòd sententia cùm aliquo pronuntiata, alteri non præiudicat, *l. 1. & 2. C. quibus res iudicata non noc. l. 1. C. rès inter alios acta, l. sæpè ff. de re iudicat. l. nam posteà, § fin ff. de iur. iurand. l. si superatus de pignoribus.*

67 Et sic literæ executoriæ non possunt exequi contra tertium possidentem bona sub prætextu quòd fuerint debitoris, quia audiri debet in via ordinaria, vt tradit Couarrub. *in pract. c. 16. n 3. ad fin. vers. Tertia solet tradi species*, Carthar. *decis. 52. n. 2.* Peguera *decis. 206.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 5 p. §. 5 in princip.*

68 Quia sententia contra antecessorem pronuntiata nullum affert successori præiudicium quando successit ante motā litem, Bart. *in l. si superatus ad finem, ff. de pignoribus, & in l. si mater, §. final, ff de exception. rei iudicat.* Surd. *consil. 189. num 46. & 47 volum 2.* Mangilius *de euict. quæst. 99. num. 7. & 8. & sequentibus, & quæst. 177. num. 42.* Rota apud Burat. *decis. 133. num. 9.*

69 Nec obstabit replicare, quòd ex *l. 27. titul. 11. lib 9. capit. 11. fol. 131. Recopilat.* via executiua competit Regio Fisco contra tertium possessorem bonorum, quæ in contractibus cum eo initis super redditibus suorum, & patrimonij locationibus ei sunt obligata, seu hypothecata, ex quo D. Fisci Patronus inferre intendit addictionis sententiam, & reliqua decreta facta contra Franciscum Guillamas D. Hieronymo in officio præiudicare. Nā respondetur primò, *l. 27.* esse sub *tit. 11.* red dituū Regalium, & sic in ea datur nouus forma fideiubendi, & locandi Regales redditus, & in capitibus præcedentibus de hac materia loquitur, & *cap. 11.* dicitur, *Que el derecho de la via exe-*

executiua, que se tiene contra los bienes que se obligan. Es mi voluntad, que passe contra los terceros que sucedieren en los bienes obligados por compra, donacion, ò herencia, ò por otro qualquier titulo: & cùm lex loquatur de via executiua contra tertium, ampliari non potest ad hypothecam constitutam in fauorem Fisci ex alia causa, quàm conductionis redditnum Regalium, cùm regula sit, Fisci priuilegium admitti debere solùm in casibus expressis, & non in alijs, *l. item veniunt, §. ait Senatus, versic. In priuatorum, verbo in publica. ff. de petit. hæredit.* Cauall. *tom. 1. casu 59. num. 21. & 22. & tom. 2. casu 103. num 10.*

70 Ex quo cùm lex loquatur de bonis hypothecatis à conductoribus, & fideiussoribus, certum est ad hanc hypothecam ampliari nõ posse, cùm procedat ex causa administrationis officij Cameræ, vt in terminis *l. 4. titul. 2. lib. 6. Recopilat.* resolutum est: nam cùm disponat prædicta lex nobilem conductorem Regalium redditnum posse incarcerari ob reliquationes, vel solutiones conductionis: Disputatur & controuertitur, an idem procedet in nobili debitore Regij patrimonij ex alia causa, quàm conductionis gabellarum. Et omnes resoluunt non posse incarcerari, nam priuilegium nobilitatis solùm est in illo casu, & non in alijs derogatum. Et sic debitor Fisci ex causa mutui, vel ex causa fideiussionis pro conductoribus gabellarum incarcerari non poterit, Lasarte *de gabel. cap. 18. n. 62. cum seqq.* Gutier. *in simili tract. quæst. 166. num. 17. & part. 3. practicar. quæst. 13. num* 103. 104. & 105. *& sequentibus*, Azeuedo *in dict. l. 4 tit 2. lib. 6 Recopilat. num. 26. & 27.* Villar Maldonado *responso 6. & nouissimè* Narbona *in l. 14. titul. 2 lib. 6. Recopilat. glos. 1. numer. 66.* vbi quòd nobilis debitor Fisci ex alia causa, quam conductionis redditnum Regalium non potest incarcerari, *& gloss. 2. num 21.* vbi loquitur de nobili fideiussore redditnum Regalium.

71 Nec nobilis decimarum debitor, siue eas ex suis fructibus debeat, siue ex conductione earum, poterit incarcerari, quia lex solùm loquitur in conductore, vel receptore iurium Regalium, cuius generis decimæ non sunt, nisi in quantum ad tertias, vt in specie probat Gutier. *lib. 4. practicar. q. 14. n. 7. vers. Secunda limitatio*, Narbona *in d. l. 14. gl. 2. ex n. 23. vsq; ad finem pag. 821.*

72 Et idem procedit in nobili debitore gabellarum ex suo contractu, vel alia ratione Fisco debitarum, cùm non sint ex casibus, qui in prædicta lege continentur, Lasarte *de gabellis cap. 18. num. 61. & seqq.* Gironda *in eodem tract. 4. part. §. 8 num. 34. & in tractatu de priuileg. num. 386. & num. 1421.* Azeuedo *in l. 4. tit. 2 lib. 6. Recopil. n. 27* Gutier. *lib. 3. practic. q. 13. n. 103. & 104. & seqq. & de iurament. 1. p. c. 28. n. 62 & de gabellis q. 66. nu. 17.* & post eos Narbona *in d. l. 14. tit. 2. lib. 6. Recop. num. 66. pag. 808.*

73 Secundò respondetur, prædictum *cap. 11.* procedere in hypotheca expressa in Fisci fauorem contracta à conductore, vel fideiussore, vt patet, ibi: *contra los bienes que obligan, iuctis 10. capitibus antecedentibus*, quæ semper loquuntur de hypotheca expressa, & ita prædicta dispositio non procedit in hypotheca, tacita, vt in via executiua dispositum est, nã quę competit pro expresso in scriptura, non habet locum pro tacito, quod ex illa resultat, etiãsi veniat in consequentiam expressi, Butrius *in cap. translato de constit. n. 8.* & ibi Imola *n. 4. ad finem*, qui resoluunt, quòd quamuis de iure, qui factũ promittit, non adimplendo sit obligatus ad interesse, hoc via ordinaria petendũ est, non executiua, quia non est promissum interesse in defectum implementi, sequitur Rodericus Suarez *in l. post rem iudicatam in declaratione legis Regni limitat. 4. num. 7.* Padilla *in l. 1. ff. de legat. 2. num. 47.* Azeuedo *in l. 1. titul. 21. lib. 4. Recopil. num. 48.* Franch. *decis. 325.* & etiam procedit inter ipsos contrahentes, quia si conductor pro certo tempore rem cõduxit sub guarentigia, non habebit locum via executiua pro tacita reconductione; Bald. *in l legem. C. locati in principio*, Gregor. *in l. 20. tit. 8. Partit. 5. glos. 4. vers. Secundò limitat.* Gomez *allegat. 83.* Carrot. *de locat. tit. de renouat. locationis q. 26 fol. 159. col. 4.*

74 Et Fiscus de iure communi antiquo non habet contra tertium pro tacita hypotheca idem priuilegium, quod pro expressa, *l. Moschis de iure Fisci*, Peregrinus *de iure Fisci lib. 6. tit. 6. num. 44. pag. 298.* & sic lex, quæ loquitur in hypotheca expressa, non procedit in tacita.

75 Tertiò respondetur, quòd quando ex statuto contra tertium possessorem via executiua datur in actione hypothecaria, non procedit contra tertium possidentem bona, quæ solùm sunt tacitè hypothecata, Bald. *in l. 1. n. 6. C. commun. de legat. & in l. 3. C. de pignor.* Mãtica *de tacitis conuentio. tom. 1. lib. 11. numer. 10.* Neguſant. *de pignorib. 4. membro 2. part. principali num. 167.* Bald. *Nouell. de dote part. 6. priuilegio 7. numer. 2. versicul. 2.* Asinio *de execution. in princip. cap. 59. fol. mihi 20. colum. 4.*

76 Et in hoc casu nulla erat expressa hypotheca contra Franciscum Guillamas, quia bona non fuerunt obligata officij administrationi, nec fecit scripturam, & solùm intenditur prædictum Decurionatum vt eius bona esse tacitè hypothecata in fauorem D. Regis, ob priuilegium Fisci, qui tacitam hypothecã habet in bonis illius, qui cum eo contrahit, *l. aufertur, §. Fiscus de iure Fisci, l. 2. C. de priuileg. Fisci, l. 2. C. in quib. causis*, Peregr. *lib. 6. d. tit. 6.*

in principio, & probatur in *l.* 33. *tit.* 13. *part.* 5. ex quo remanet excluſum *cap.* 11. *l.* 27. quando procederet reſpectu cuiuſcumque hypothecæ, & non limitatæ in locatione reddituũ Regalium.

77 Quarrò, & fortiùs *cap.* 11. procedit in exactione debiti conductoris à tertio poſſeſſore facienda, cui res à tertio poſſeſſa hypothecata eſt, iuxta quod D. Fiſci aduocatus ſolùm poterat intendere contra D. Hieronymum, prædictum Decurionatum eſſe hypothecatũ officio Magiſtri Cameræ, & reliquationi, quæ ei ex illius adminiſtratione facienda erat, ſed non reliquationi factæ contra Franciſcum Guillamas, quia quamuis ſententia pronuntiata contra debitorem præiudicet creditoribus, & tertijs habentibus ius in bonis debitoris, hoc procedit quando bona debitor poſſidet.

78 Sed ſi alienata ſunt, & virtute executoriæ intenditur exactio debiti à tertijs poſſeſſoribus, ex hypothecaria actione, tunc neceſſum eſt cum eis de nouo cauſam agere, & creditũ liquidare, vt in terminis tradit Angel. *in l. de vnoquoque. ff. de re iudicat. num.* 8. & ibi Imola *num* 6. Alexand. *conſ.* 86. *num.* 1. *verſ. Item licèt ſententia, & verſ. Pro hoc facit, & conſil.* 156. *nu.* 1. *lib.* 2. Ponte *conſ.* 75. *num.* 2. & 3. & *conſ.* 90. *num.* 4 & 5. *lib.* 1. Scaccia *de appellat. quæſt.* 5. *num.* 59 Gregor. *in l.* 20 *tit.* 22. *part.* 3. *gloſſ.* 8. *verſic. Videas etiam per Alexandrum*, Franchis *deci.* 523. *num.* 15 & *ſeqq.* & *deciſ.* 524. *ad fin.* & conducunt optimè tradita à Salgado *de Regia protectione part.* 4. *cap.* 8. *num.* 32. *cum quatuor ſeqq.* vbi probat ſententiam latam ſuper rei reſtitutione, non nocere tertio illius poſſeſſori non citato, qui poteſt opponere de ſua exceptione, & poſſeſſionis iura docere, & executorialium executionem impedire, cùm ea aduerſus illum locum non habeat, & dicta ab eodem Salgado *eod. cap.* 8. *ex num.* 15. *cum pluribus ſequentibus.*

79 Et in terminis in reliquatione rationũ facta, quòd illius virtute actio hypothecaria intentari non poſſit contra tertium poſſeſſorem bonorum adminiſtratoris, quando intẽditur ea eſſe tacitè, vel expreſsè hypothecata, probat Bald. *conſ.* 149. *proponitur quòd quædam tutela, vol.* 3. Frãch *deci.* 524. Surd *deciſ.* 256. qui dicunt ita fuiſſe deciſum, latè Merlin. *controuerſ.* 62. *à princip. vſque ad n.* 7.

80 Et quòd quando adeſt ſtatutum diſponens, quòd contra tertium poſſit via executiua procedi, ſi creditum liquidationem requirat, debeat fieri citato reo, tradit Caſtill. *deciſ. Siciliæ* 192. *n* 15. & 16. Gaito *de credito cap.* 3. *tit.* 1. *n.* 1027. & 1028 *pag.* 272.

81 Deinde, quia in rationibus proceſſum fuit contra dictum Franciſcum Guillamas, cum obligando ad dandam relationem iuratam, quam cõtra ſui officij obligationem dedit, vt ſuprà, & ſic magnum fuit ei illatum grauamen, & ſententia in hunc modum lata tertio non præiudicat, *l. exceptione* 68 *ff. de fideiuſ* Cottar. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 10. Menoch. *conſil.* 501. *num.* 7. *lib.* 6 & *conſil.* 688. *num.* 38. *lib.* 3. Scaccia *de re iudicat. gloſ.* 14. *quæſt.* 12. *nu.* 128. & 129. *pag.* 484.

82 Vlteriùs dicta relatio iurata nullam aliam habuit iuſtificationem præter declaranem dicti Franciſci Guillamas, nullis ſolutionis productis chirographis, vel alijs inſtrumẽtis ad eius iuſtificationem, ex quo ſequitur receptiſsima concluſio, quòd ſententia prolata contra reum ex ſua confeſsione, non præiudicat tertio, vt poſsit damnari, vt poſt Butriũ, Pinel. & alios tradit Gaito *de credito capit.* 2. *tit.* 3. *n.* 418 & *ſeqq pag* 28. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 622. *nu.* 27 Mieres 4. *p. quæſt.* 14. *n.* 31. *in* 1. *editione.*

83 Magis in ſpecie in fideiuſſore, qui obligatur ſoluere quidquid Titium debere conſtiterit, quòd ad conuincendum fideiuſſorem neceſſum ſit debitum probari per veras probationes, & non obſtabit debitoris confeſsio, Cephal. *conſil.* 101. Surd *deciſ.* 218. Carthar. *deciſ.* 71. *num.* 3. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 49. *num.* 32. Muta *deciſ. Siciliæ* 100. *num.* 30. & 31. Ciriacus *controuerſ. tom.* 2. *controu.* 227. *num.* 21. & *controuerſ.* 285. *num.* 42. & 313. *n.* 9. & 10.

84 Et quælibet renuntiatio, & actus volũtarius debitoris non nocet fideiuſſori, vt per Hering. *de fideiuſ. c.* 27. *p.* 5. *nu* 39. Aretin. *eod. tract. p.* 2. *principali ſect.* 9. §. 40. *pag.* 547.

85 Et quando debitor, qui confeſsionem fecit, inſoluens eſt, hoc abſque diſputatione procedit, vt benè explicat Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 1 *num.* 191.

86 Si ergo fideiuſſor, qui ex proprio contractu ad debitum eſt obligatus, præiudicatus non remanet ex debitoris confeſsione, ſed eſt neceſſum, quòd probetur per veras, & legitimas probationes: quantò fortiùs tertius poſſeſſor rei hypothecatæ non debebat præiudicari ob debitoris confeſsionem, tot defectus continentem?

87 Sed vltima reſponſio *l Regni* eſt, quòd officium Magiſtri Cameræ, cuius virtute reliquatio petitur, exercuit Franciſcus Guillamas ex anno 598. quando cœpit regnare D. Rex Philippus III. & *l.* 27. promulgata fuit anno 606. & ſic in quantum dat priuilegiũ viç executiuæ, contractus anteriores non cõprehendit, vt in terminis tradit Intrigl. *ſuper Bal. de cẽſibus, q* 64. *pag.* 294 & 295. vbi reſoluit, quòd Bulla Nicolai V & pragmatica de cenſibus, in quantum dant viam executiuam, & alia priuilegia contractibus cenſualibus contra tertios poſſeſſores, non procedunt in cenſibus conſtitutis ante prædictam pragmaticam: cum quo indiuidualiter *c.* 11. *l.* 27. reſpondetur.

88 Et

88 Et quando cap. 11. in hoc casu procederet, solùm loquitur in via executiua, in qua D. Hieronymus executoriam contra Fiscum habet, & sic cessat prædicta dispositio.

89 Ex quibus concludimus emendandam visionis sententiam, à petitione D. Fiscalis D. Hieronymum absoluendo. Saluo, &c.

Prout fuit absolutus, condemnando solùm ad restitutionem pretij officij erogati à Francisco Guillamas.

SVMMARIVM Allegationis 34.

1 *Intentum allegationis proponitur.*

2 *Coniugata fideiubens, si sit minor 25. annorum, debet renuntiare cum iuramento exceptionibus minoris ætatis, & dotis.*

3 *Minor fideiubens cum iuramento, efficaciter obligatur.*
Authent. sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem, extenditur ad fideiussionem iuratam.

4 *Læsio consideratur in contractibus correspectiuis.*

5 *Dolus si adsit in creditore stipulante fideiussionem minoris, illam irritat.*

6 *Vxor fideiubens pro extrahendo maritum à carceribus, efficaciter obligatur.*

7 *Filiusfamilias fideiubens pro excarcerando patre, efficaciter obligatur.*

8 *Fideiussio ipso iure lædit minorem, & num. 9.*

10 *Etiamsi minor fideiubeat pro locuplete.*

11 *Et etiamsi minori dentur releuatores.*

12 *Læsio in fideiussione consideratur, quando fideiussor non potest quod soluit, repetere à principali.*

13 *Minor ex fideiussione enormiter læsus potest contra eam restitutionem petere, non obstante iuramento, iuxta communem resolutionem.*

14 *Quæ approbata est in pluribus decisionibus ibi allegatis, & specialiter in Rota apud Burat. decis. 75. decis. 116. & decis. 230.*

15 *Et à pluribus consulentibus hìc allegatis.*

16 *Et à pluribus Authoribus in tractatibus.*

17 *Læsio enormissima dolum continet, & potest allegari, non obstante quacumque renuntiatione iurata.*
Rota apud Burat. decis. 75. num. 6. vsque ad 9. ponderatur.

18 *Et ibi Ferentil. in additione litera B.*

19 *Fideiussio habet in se correspectiuitatem, quia fideiussor intendit se conseruare indemnem, & repetere quod soluit, & num. 20.*

21 *Minor non potest donare, quia donando ipso iure dicetur læsus.*

22 *Donationem minoris iuramentum non confirmat, si sit immodica.*

23 *Læsio consideratur in donatione correspectiua.*

24 *Burat. decis. 75. n. 9. dicit non esse bonam cõsequentiam, maior non restituitur aduersus fideiussionem, si ex ea lædit minor, minor per iuramentum efficitur maior: ergo minor læsus ex fideiussione non restituitur.*

25 *Minor læsus ex fideiussione, restituitur, etiãsi ex parte creditoris stipulantis dolus absit Morot. responso 87 reijcitur.*

26 *Vxor fideiubens pro marito extrahendo à carceribus, iuuatur Velleiano.*

27 *Præcipuè quando ex fideiussione enormissimè lædit.*
Rota apud Burat. decis. 783. num. 1. & 2. expenditur.

28 *Filiusfamilias fideiubens pro patre excarcerando, restituitur, si ex fideiussione enormiter lædatur.*

29 *Auth. vt cùm de appellatione cognoscitur, §. illud quoque capitulum, vers. Causas, auth. si captiui ad finem, C. de Episcop. & Clericis explicantur.*
Rota per Farinac. decis. 153. num. 10. & decis. 177. num. 8. p. 1. in recent. & decis. 218. num. 10. & decis. 385. num. 8. part. 2. in recent. ponderantur pro intellectu prædictorũ iurium, & num. 30.

31 *Filiusfamilias ad hoc, vt teneatur pro patre excarcerando fideiubere, debet esse idoneus facultatibus.*
Capit. Galeota tom. 2. controuers. 14. nu. 49. expenditur.

32 *Filiusfamilias procurans excarcerationem patris, satisfacit suæ obligationi, etiamsi excarcerationem non consequatur.*
Rota decis. 63. p. 2. diuersorum expenditur.

33 *Fideiussio per minorem, aut filiumfamilias facta metu reuerentiali rescinditur, & etiam donatio.*

ALLEGATIO XXXIV.

EPITOME ALLEGATIONIS.

I Minoris fideiussio per restitutionem in integrum eliditur.

II Quid si fuerit iuramento firmata.

III Quid si fuerit prestita ab vxore pro extrahendo marito à carceribus, vel ad impediendam carcerationem.

IV Quid in filiofamilias minore fideiubente pro patre ex dictis causis.

V Filiusfamilias quando possit exhæredari ex eo, quòd non fideiusit pro extrahendo patre à carceribus.

VI Et an euitare exhæredationem, sit iusta causa ad excludendam restitutionem in integrum cõtra fideiusionem filio competentem.

1 QVæstiones disputatæ *allegat. 29. & allegat. 30.* & materia lęsionis, & indotationis vxorum ex fideiussionibus pro maritis factis, imperfectæ remanerent, si propositæ disputationes omitterentur, ex quarum enucleatione benevolus lector omnia hucusque scripta breui compendio collecta & cõpilata habebit, vt in occurrentibus controuersijs iudicialibus possit aliquod adiumentum habere: & dictis à me alia pro ingenij facundia & discursu addere, quibus possit defendere, vel euertere similes fideiussiones.

2 Et in primis notandum est, quòd si mulier coniugata fideiusserit, & sit minor 25 annor. necessarium est quòd duo iuramenta in contractu interponat, vnum ad conualidandam fideiussionem ex *cap. cùm contingat de iure iurand cap. licèt mulieres eod. tit. in 6.* aliud ratione minoris ætatis ad excludendam restitutionem in integrum contra fideiussionem, *ex auth sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem*: quæ duo iuramenta si non interponat, vel vnum amplum & generale vtramque exceptionem excludens, & comprehendens, absque dubio ex defectu iuramenti omissi, cõtractus poterit rescindi, Alciatus *in capit. cum contingat de iur. iurand. num.* 132. Corn. *in auth. sacramenta pub. num.* 30. *C. si aduers. vendit.* Riminald. Iunior *in princip. instit. quibus alien. licet, vel non, ex num.* 429. *&* 430. *& seqq.* Et ita proposita quæstio intrat, quando vtrumq; remedium plenè renuntiatur iuramento in contractu adhibito, iuxta suprà dicta: & quidẽ contra vxorem minorem sequentia vrgent fundamenta.

3 Primum, quòd licèt fideiubere pro marito sit actus nociuus, & minor ex fideiussione læsus ipso iure dicatur, vt infrà *ex num.* 9. negari tamen non potest talem fideiussionem iuramento confirmati, & dispositionem *auth. sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem* confirmare fideiussionem iuratam, *glos. in d. auth sacramenta*, Cinus *ibi num.* 14 Odofredus *num.* 22. Surd. *conf* 46. *num.* 3. *& seqq. & conf.* 114. *num.* 10 *& seqq.* Sforcia *de restitutio. quæst* 54. *n.* 32. Rota per Burat. *decis.* 75. *nu.* 5. & alij passim.

4 Secundum resultat ex traditis à Morotio *re ponso* 87. qui ad confirmationem fideiussionis à minore factæ, ponderat læsionem contra minorem posse considerari in contractibus commutatiuis, in quibus aliquid accipit, vt obligetur, cuius naturæ non est fideiussio, quia respectu creditoris, cuius fauore interuenit, videtur donare quantitatem, quam assecurat: & cùm donatio consistat in mera donantis liberalitate, in ea non poterit læsio considerari, si iuramento confirmetur, vt ibi probat Morot.

5 Tertium fundamentum est, quòd vt tradit Morot. *dict. respons.* 87. læsio in fideiussione solùm considerari potest quando adest dolus ex proposito in creditore fideiussionem stipulante: sed quando similis dolus non reperitur, creditor suo iure vtitur, & fideiussio iuramento firmatur ad suum commodum, & minor non potest ex remedio restitutionis eam infringere.

6 Quartum fundamentum est, quòd mulieres sæpenumerò similes contractus faciunt pro maritis obæratis, vt carceres euitent, vel vt eos excarcerent: quo casu fideiussio habet causam necessariam, & non potest læsio considerari in faciente id quod debet facere, Surd. *decis.* 86. & dixi *allegat. 29 num.* 148 & idem optimè probant Rota apud Burat. *decis* 783. *per totam*, quæ de hac materia plenè agit, & refert cõtra mulierem fuisse decisum, Hodiern. ad Surd. *d. decis.* 86 *nu.* 2. *vsque ad* 13. Gizarel. *decis.* 4. *per totam*, vbi de matre intercedente pro filij excarceratione, & ibi addentes plura cumulant, Gratian. *tom.* 1. *cap.* 108. *& tom.* 5. *cap.* 952. pro qua conclusione sunt iura aperta *in l. penult. C. ad Velleian. l. liber captus, C. de captiuis & postlim. reuersis.*

7 Quintum fundamentum contra filiumfamilias intercedentem pro patre liberando à carceribus desumitur ex fundamento præcedenti, & *ex authent. vt cùm de appellat. cognoscitur, §. aliud quoque capitulum, auth. si captiui ad finem, C. de Episcop. & Clericis*, vbi filij negligentes in patris redemptione priuantur eius successione, *& Bald.* ibi intelligit illum textum de filio non redimente patrem à carceribus, *& num.* 8. addit, quòd etsi lex nullam imponat patri necessitatem redimendi filium à carceribus, priuatur tamen eius successione, quod expendit Gizarellus *dict. decis.* 4. *num.* 10. 12. 13. *&* 14. contra matrem, quæ intercessit pro excarceratione filij, Paschal. *de patria potestat. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 20. *&* 21 vbi quòd minor non restituitur aduersus venditionem bonorum suorum factam pro redimendo patre, aut alia coniuncta persona à carceribus: & in fideiussione filijfamilias pro patre idem decisum fuit *in Rota in vna Roman. pecun de Querris coram Coccino Decano* 26. *Iunij* 1624. quem refert *addit. ad* Burat. *decis.* 75. *num.* 23. Gratian. *tom.* 5 *cap.* 952. *num.* 12. qui citat Rotam apud Ludouis. *decis.* 120. *num.* 7. *& num.* 33. citat *dict. decis. in causa de Querris coram D. Decano*: atque ita vt prædicti DD. autumant, cùm filiusfamilias intercedat in propria causa, & vt euitet damnum exhæreda-

dationis, non potest dici læsus nec restitutionem impetrare, quia se gessit prudenter, & tãquam bonus paterfamilias. Idem tradit Ferret *in constitutione hac nostra 1. tempore 8. declarat. num 45. & 46. pag. 197.* Rota apud Durand. *decis. 11. num. 25. & 26.* vbi citata Rota *in dict. causa de Querris coram D. Decano*, dicit minorem fideiubentem ad casum pium non restitui, Paschalis *de patria potestate 1. part. c. 6. num. 123. & sequentibus, & 2. part. cap. 5. n. 14.* Gaito *de credito cap. 4. quæsito 7. num. 539. vsque ad num. 545.* Ioseph Mell. *in addit. ad* Gizarel. *decis. 4. num. 26 cum sequentibus*, qui latè agunt de obligatione filij familias pro patre excarcerando, & quòd non possit opponere exceptionem Macedoniani, nec in integrum restitutionem contra fideiussionem petere: idem dicit Lara *de vita hominis capit. 25. num. 19.*

8 Quibus fundamentis non obstantibus, vt materia huius allegationis omnino explicata remaneat, tres diuersæ quæstiones resoluendæ sunt.

Prima est circa minorem sui iuris, fideiubentem.

Secunda circa vxorem minorem fideiubẽtem pro marito liberando à carceribus, vel ab imminentibus executionibus.

Tertia circa filiumfamilias minorem eodẽ modo, & ex eadem causa fideiubentem pro patre excarcerando.

9 Quoad primam quæstionem pro minore sui iuris ad annullandam fideiussionem, seu illam rescindendam ope restitutionis in integrum facit, quòd eo ipso quod fideiubet, dicitur læsus minor, *l. de die, §. 1 ff. qui satisdare cogantur, l. si Titius, & Seia, ff. de fideiuss.* Alexand. *in l. ait prætor, §. non solùm, ff. de minor.* & ibi notat *glossa verbo doceat*, & Alexand. *col. penultim* Socin Iunior *cons. 47. num. 7. lib 4* Beroi. *quæst. 115.* Sard. *consil. 87. num. 4 lib. 1.* Gratian. *tom 1. cap. 108. num 49.* Aldou. *consil. 1. n. 23. & 57.* vbi quòd eo ipso quòd fideiubet minor, dicitur læsus, & fideiubens dicitur donare, & malè vti substantia sua, Rodetic. Suarez *allegat 20. versicul. Sed dolo*, Fontanel. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos 18. part. 3. num. 28.* Azeued *in l. 6. tit. 10. lib 9. Recopil. num. 4.* quem & alios adducit Collantes *ad pragmat. agricol. l. b 3. cap. 9. num 6.* Rota apud Burat. *decis. 75. num. 2 & per tot. & num. 4.* quòd fideiussio præsumitur damnosa, absque aliqua probatione, Gutierr. *lib. 2. practicar. quæst. 128. num. 3. vers. In contrariam*, Capit. Galeota *tom 2. controuers. 14. num. 47.* Barbos. *in collect. ad l. 1. C. de filiofamil. minore num. 3* Castillo *tom 6. cap. 108. §. vnic. & num. 30. & seqq.* vbi quòd ad petendam restitutionem non indiget alia læsionis probatione.

10 Quod procedit, etiamsi minor fideiubeat pro locuplete, qui possit eum indemnem seruare, adhuc enim potest restitutionem petere: quia magis interest minori non soluere, quàm solutum repetere, *l. ideo ff de compen gl. in l. 1. C. de filiofam. min.* quàm ibi communiter DD. sequuntur, Alexand *in l. nam & posteà, § si minor, ff. de iur. iurando*, Surd. *dict. cons. 46. num 17.* Camillus Giptius *decis. Bonon. 36. num. 7. & 8.*

11 Quod extenditur, etiamsi minori dentur releuatores, Tiusc *tom 7. liter. R. cons. 286. num. 44.* vbi quòd minor restituitur, eo ipso quòd litibus se exponit, quibus vexetur, *l. minoribus, & ibi Bart. ff. de minor.*

12 Quo supposito, non obstat iuramentũ in fideiussione appositum, quo minor repræsentatur maior, *auth. sacramenta puber C. si aduersus venditionem*, & quòd sicut maior non restituitur in integrum aduersus fideiussionẽ, etiam quòd ex ea lædatur, ita nec minor per iuramentum maior repræsentatus: quo argumento vtitur Morot. *responso 87. per totum*, & alij, qui contra minorem, hanc quæstionem resoluunt.

Quia respondetur, quòd contractus fideiussionis eam habet naturam, vt fideiussor possit repetere, quòd pro principali soluit, & si nõ potest exigere, dicitur lęsus ex fideiussione, vt notat Socin Iunior *cons. 47. n. 9 & 10. lib 4.* & alij citati *allegat. 29 n 102.* Rota per Farin. *decis. 709 n. 3 p. 2. recent.*

13 Et si hæc læsio est enormis, quia vel totum patrimonium, vel maiorem partem, aut aliquam considerabilem quantitatem minuit, dicitur minor enormiter læsus, & potest restitutionem in integrum contra fideiussionem obtinere, non obstante iuramento, vt tradunt Cinus *num 14.* Albericus *num. 15. in authent. sacrament puberum, C. si aduersus venditionem*; & cum eis Sforcia *de restitut. quæst. 54 artic. 8. num. 32.*

14 Quam resolutionẽ communiter DD. sequuntur in decisionibus, vt per Affict. *decis. 322. sub num. 8.* Peregr. *decis 8 num 9 & decis 112. num 20.* Marta *voto 25.* Rota apud Burat *decis 75. decis. 116. decis 230.* Marquef. *de cõmission 2 tom 2 g 567. inter decis. imprimendo omissas*, qui inserit vnam ex prædictis Burati *decis. D. Picus post tract. de contract. decis. 63. & 64.* qui inserit duas ex dictis decision. *additio ad Ludouis. dec. 406. num. 18* Farinac *decis. 709 part. 2. in recent.* quæ est vna ex dictis Burat. *decis.*

15 Et in consilijs, pro minore enormiter læso tenuerunt Socin. Iunior *consil. 47. lib 4. per tot.* vbi consuluit pro quodam Cardinali minori, qui fideiusit pro 3000. scutis, & resoluit esse restituendum, & refert pro eodem Cardinali idem tenuisse Camil. Iordan. & Boerium, Pedrocha *consil. 26 per tot.* vbi latè Fabi. de Anna *cons 73. ex num. 24. volum. 1.* Peregrin. *cons. 77. num. 35. volum. 1.* Aldouin. *cons. 1. nu.*

58. & 59. & num. 103. vol. 1. Roderic. Suarez conſ. 3. n. 23. Gomez de Leon in centurys allegat. 96. n 7 & 8.

16 Et in tractatibus tenuerunt etiam pro minore, Sforcia loco citato, Cevall. tom. 3 cõmun. quæſt. 834. per tot. Maur. Aretin. de fideiuſſor. 2. part. principali ſect. 4. cap. 11 num. 5. pag. 232. Fontanel. de pact. nupt. tom. 1. clauſul. 4. gloſ. 18. part 3. ex num. 40. fol. mihi 285. à tergo, Hermoſilla ad l. 4. tit. 5. part. 5. ſuper gl. 12. n 36 fol. 42. Caſtill. tom. 6 c. 168. §. vnic. ex n. 34. vſque ad 38.

17 Quibus ſic ſtantibus, non obſtant in contrarium allegata Non primum, quia licèt verum ſit, contractum vxoris minoris confirmari iuramento, hoc non procedit extante læſione enormi, vel enormiſſima, quia ex ea irritatur contractus, ad notata in l. ſi quis cùm aliter, ff. de verbor. obligat. & non poteſt excludi per quaſcumque clauſulas, vt in noſtris terminis tradit Rota apud Burat. dict. deciſ. 75. nu. 6. vſque ad 9. cuius verba, quia codex harum deciſionum rarò inuenitur, libet referre, ibi: *Quia non procedit auth. prædicta dispoſitio interueniente enormiſſima læſione, tunc enim minor, non obſtante renuntiatione, & iuramento, reſtituitur quia præſumitur dolus, qui cùm re ipſa contingat, vero æquiparatur, Decius conſil. 180. nu. 6. & 7. cum relatis per Cephal. conſil. 207. num. 74. lib. 2. & per Gutier. in d. repetitione d. auth. ſacrament puberum num. 92. vbi in fine dicit receptiſſimam, & tenendam, quam vti æquiorem ſeruat Rota, quæ nunquam attendit iuramentum, ſtante enormiſſima læſione, vt teſtatur Cagnol. in l. 2. num. 98. & 109 C. de reſcind vendit. & Eugenius conſ. 29. num. 52. & 53 & conſ. 12. num. 73. & deciſum fuit in Amerin. Dom. 4. Maij 1579. coram Cantucio inter impreſſas diuerſorũ deciſ. 102. vſque ad num. 5. part. 2 & in terminis ſi leiuſſionis, Afflict. deciſ. 322. num. 7. Socin. Iunior dict. conſ. 47. num. 7 & 8. lib. 4. Ancharran. conſil. 83. num. 3. verſic. Idem eſt ſi dicamus, Beroi. conſ. 117 in fin. vol. 3. Oddo d. q. 54. art. 8 nu. 33. & 34. vbi de communi, & pro ea, e conſuluiſſe, & obtinuiſſe: & hanc opinionem iuxta conſil. Socin. Iunioris ſequuta eſt Rota in illa Roman. fideiuſ. 5. Iuly 1592. coram Illuſtriſſ. Cardinali Arigon. in Roman. argent. 27. de Iunij 1607. coram Reuerend. D. Bonon. ad finem, vbi dictum fuit permittendum non eſſe, vt fideiuſſio reſultet in apertã perniciem minoris fidiubentis in Bonon. cenſus 17. Martij 1608. coram Reuerend. D. Lugdun. ad finem, vbi etiam, quòd in ſupradicta Bonon. pecuniaria coram Reuer. Bonon. poſtea Rota cenſus in eundem cenſum minorem audiendum eſſe ſuper enormiſſima læſione, & in d. Ancon. dotis 27. Nouembr. 1598 coram Illuſtriſſ. Lancellot.*

18 Hactenus Burat & ibi Ferentil. *in addit. liter. B.* alia cumulat, & omnes DD. citati ex *num.* 13. decidentes pro reſciſſione fideiuſſionis, eandem dant reſponſionem iuramento pro confirmatione fideiuſſionis interpoſito, & Caſtillo *d. c.* 168. §. *vnic n.* 37.

19 Minus obſtat ſecundum fundamentum deſumptum ex præſumpta donatione, quia fideiuſſor intercedens cenſetur donare: & ita cùm non ſit correſpectiuitas, deficit materia ad qualificandam læſionem.

Reſpondetur enim primò, quòd fideiuſſor loco principalis ſe conſtituit in contractu, & in ſe aſſumit illius obligationem, *inſtitut. de fideiuſ. in princip. l. 1 ff eod.* atque ita ſicut ſi ille principaliter contrahendo læderetur, poſſet in integrum reſtitutionem poſtulare, ita eodẽ modo ille iam poteſt impetrare ex læſione reſultante per fideiuſsionem.

20 Secundò reſpondetur ex Fontanel. *d. clauſul. 4. gloſ. 18. part. 3. num. 48. & 49. cum aliis*, dicente erroneum eſſe in fideiuſsione nõ dari correſpectiuitatem, quia certum eſt eam adeſſe, ſiquidem minor, vel alius fideiubens, intendit, vel non, ſoluere, vel, ſi ſoluit, indemnitatem à principali conſequi, quam ſi non habet, tunc intrat læſio ad reſtitutionem obtinendam.

21 Et ſimile relatum de donatione certum non eſt, quia minor non poteſt gratuitè donare, & ipſo iure irritatur donatio, cùm ſit patrimonium profundere, *toto tit. C. ſi aduerſus donationem, l. filiusfamilias, ff. de donat. l. fin. §. filijs, C. de bonis, quæ liberis*, Bald. *num. 2. in l. 1. illius tit. C ſi aduerſus donat.* dicit non eſſe iuſtã cauſam, minori ad donandum curatorem cõſtituere, Rota per Caualler. *deciſ. 257. num. 7.* Cutelli *de donat. pag. 304. num. 37 & 38.* Ronito *conſil. 51. num. 20. lib. 2.* Ciriac. *tom. 1. controuerſ. 103. num 95. & controuerſ. 182. num. 54. & 55. & tom. 2. controuerſ. 257. num 37 & controuerſ. 321. num. 62.* Donat. Anton. de Marinis *quotidian. reſolut. tom. 1. reſolut. 144. num. 3. & ſequentibus*, Rota per Burat *deciſ. 924. numer. 15. & 16.* Cancer. *variar. lib. 1. cap. 7. num. 136. in 2. editione.*

22 Et quamuis *gloſ. in auth ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus vendit.* extendat eam ad donationem iuramento confirmandam, hæc confirmatio reſpectu gratuitæ donationis ſolùm procedit in moderata quantitate, non verò quando minor exceſsiuam quantitatem donat, in euerſionem patrimonij, vel alicuius partis conſiderabilis, vt per Sforc. *de reſt. quæſt. 58. art. 2.* Theſaur. *deciſ. 66. num. 2.* Fontanel. *dict. clauſul. 4 gloſ. 18. part. 3. num. 51.* Caſtillo *tom. 3 cap. 2. num. 4. & 5. & ſeqq.* Citiac. *tom. 2 controuerſ. 321. nu. 86* Cancer. *tom. 3. cap. 7. nu. 158.* & nouiſsimè ipſe Cancer *lib. 1. cap. 7. num. 138. & 139. in 2. editione*, Hermoſilla *ad l. 1. tit. 4. part. 5. ſuper gloſ. 5. num. 6.* vbi plures cumulat Crauet. *conſ. 192. num. 1. ad fin. verſic. Quinimò*, Patian. *conſil. 54. num. 21. & ſeqq. & num 28 & 29.* Martian. *conſil. 12. num. 12.* (qui videatur quæſo) Donatus Marinis *dict. reſolut.*

44.

44. *num.* 8. *vsque ad* 12. Burat. *dict. decis.* 924. *num* 15. & 16. Et quamuis dicit soleat, quòd in donatione nō possit læsio considerari, quia qui donat, scit se bona sua alienare, & liberalitatem exercere, hoc procedit in maioribus, secus in minoribus, & mulieribus sui iuris ignaris. Cancer. *lib.* 1. *d.c* 7. *nu.* 140. & 141. *in* 2. *edit.* & ita declari debent à me *dicta allegat* 6. *num.* 56.

23 Et cùm ex resolutis à Fontanel. *citato num.* 20. correspectiuitas adsit in fideiussore, quando dicamus minorem intercedere causa donandi, à fortiori dabimus ei beneficium restitutionis in integrum, inspecta læsione, quia in correspectiua donatione læsio consideratur ad eam infringendam, sicut in cæteris correspectiuis contractibus, Crauer. *consil.* 192. *n.* 1. Morot. *resp. cons.* 28 *num* 18. & 19. Menoch. *consil.* 1211. *num.* 10. *volum.* 13. Rota apud Coccin. *decis.* 222. *num* 3. Cancer. *tom* 3. *capit.* 15. *num.* 226. Marta *de successione legali part.* 1. *quæstion.* 14. *art.* 5 *num.* 21. Rota *decis* 125. *num* 24. *tom* 5 *in recentior.* & apud Durand *decis.* 121. *num* 2. & 20. vbi optimè declarat, Ciriac. *tom.* 2 *dict. controuers.* 321. *num.* 87. Fontanel. *de pactis tom.* 2. *clausula* 5. *glos.* 8. *part.* 14. *num.* 24. *pagina mihi* 283.

24 Tertiò respondetur ex Burat. allegat *decis.* 75. *num* 9. & *seqq.* vbi reprobando Aymon, Surd. & Mantic. dicentes, quod sicut læsio non consideratur in fideiussione maioris, ita nec in fideiussione iurata minoris, quia ex *& capit. licèt mulieres de iure iurand. cum concordant.*

26 Non obstat quartum fundamentum de coniugata fideiubente pro marito excarcerando, vel pro liberando à molestijs & vexationibus, quia quando non interuenit læsio, quæstio disputabilis est (& sic intrat explicatio secundæ quæstionis propositæ suprà *n.* 8) quia Franch *decis.* 187. absolutè probat mulieri intercedenti pro filij excarceratione succurrendum esse per beneficium Velleiani, Gizarel. *decis.* 4 quamuis neruosè contra mulierem scripserit, ad finem tamen dicit contra suam opinionem fuisse decisum, Capitio Galeota *tom.* 2 *controuers* 14. *num* 50. tenet cum Franchis, Mel. ad Gizarel *decis.* 4. *in princ.*

27 Sed in casu huius quæstionis, quando vxor est minor, & læditur enormissimè ex fideiussione, res de plano procedit ad fauorem ipsius, vt tradit Gratian *tom.* 1. *cap.* 108. *num* 8. & 9. & *pluribus seqq.* vbi formaliter probat, quod valor fideiussionis pro marito dependet ex læsione resultante ex fideiussione, quia si ex ea resultat, rescinditur. Idem agnouit Rota apud Burat. *decis* 783. *num.* 1. & 2. vbi pro validitate fideiussionis vxoris fuit pondetatum, quòd ex ea enormiter non lædebatur in dimidia parte dotis, & Rota coram Arigonio relata *allegat.* 29 *num.* 107. loquitur in eiusdē terminis de fideiussione facta ab vxore pro marito excarcerando, quæ extante læsione rescinditur, Hodierna ad Surd. *decis.* 86. *n* 14.